Copiese la portada:

MS 4.º papel, completo, foliado hasta 48. bien tratado –

R= no tiene.

✠

Yn nomine Domini, unus in essentia et trinus in [illegible] trinis incipit summulisticæ, seu logicæ parvæ pars [illegible] mentis Phi, nostrique Mariani, subtilissimique D. JOANNIS DUNS SCOTI Scholasticorum Principis, elaboratæ per P. Fr. Francis. de Luque, in hoc Sacro Xerezensi Cenobio Sanctæ veræ Crucis [illegible] Lectore. Cui initium ponimus: Pridie Nonas Octobris Anni millessimi, septingentessimi sexagessimi, septimi.

AD AVDITORES HORTATORIA PRÆLOQVIO.

Jam (carissimi in Domino Discipuli) tempus desideratum advenit, in quo vestris mentibus logicæ partes claritate possibili manifestare, incipimus; et cum his partibus, clarissimisque documentis aliquantulum expediti, vestri intellectus ad aptiones dificultatum penetrandas, quasi recto tramite, perducantur.

Sed ut tam nobilissimæ facultatis culmen facilius scandatis, invocate Patrem luminum, in quo omnis thesaurus sapientiæ ē. Timete Deum, et eritis sapientes, quia timor Domini ē initium sapientiæ; ipsum diligite, quia dilectio Dei honorabilis ē sapientia.

Insuper Bma Vne Mariæ, toto gratiæ splendore repletæ debito obsequio prosequimini, ejusque meritissimi sponsi, quorum ope adjuti, quælibet arduæ dificultatis comprehendetis, sicque decantantes cum Apostolo: bonum certamen certavi, cursum consumavi, fidem servabi, victoriæ reportabitis palmam.

TOTIVS OPERIS EXORDIVM.

Totæ Scholasticæ Philosophiæ (Charissimi in Domino Discipuli) trienali labore aggrediar. Ita volo, vobis proponere cursum: I.° sumulas scribetis, deinde logicam magnam, postea physicam, deinde metaphysicam, et denique; et denique, de anima, de generatione, et corruptione (si tempus ad fuerit) tractatum discetis.

Et ut claritas in omnibus apareat, logicam parvam, seu sumulas in tres libros divido; in 1.° de illis, quæ ad 1am intellectus operationem expectant, in 2.° de illis, quæ ad 2am, et in 3.° de illis quæ ad 3am expectant, tractabo. Libros in distintiones, distintiones in questiones, et has in paragrafos divido. Et ut hæc facilius fiant,

PROMEORAE ET VAETE

Summularum finis.

1º Antequam ad logicam magnam deveniamus, scire debetis, quod finis harum Summularum (sic illas vocant, quia sunt quasi summa totius logicae magnae) est duplex: Proximus unus, remotus que alius. Primus est intellectum disponere, ut facilius percipiat difficultates logicae magnae. Secundus est dare regulas, ne intellectus erret in affingendis ~~deve~~ veritatibus ~~ne~~ mediis suis operibus.

2 Tres enim sunt in triplici differentia. 1ª dicitur simplex apprehensio, et est cognitio rei nihil de illa affirmando, et negando. Hujus modi est Cognitio, qua cognosco lapidem quin de eo affirmem ~~esse~~ esse magnum, nec parvum. 2ª est Judicium, et est cognitio alicujus rei, aliquid de ea affirmando, vel negando; ut cognitio, qua cognosco Petrum affirmando, vel negando esse album. 3ª est discursus et est cognitio unius ex alio inferendo: v.g. Cognoscit intus, Petrum currere; et infert: Ergo movet.

3 Hic non me latet, quam male simplicem apprehensionem ~~com~~ communiter Scholistae definiunt per hanc ~~in~~ definitionem: Cognitio rei nihil de ea affirmando vel negando. Advertite illud, et videbitis, quomodo simplex apprehensio cum judicio confundunt. Et ut vobis patescat accipite hanc argumentationem: Ergo cognitio hujus propositionis: Petrus est albus, est simplex apprehensio. Probo hanc Consequentiam: Cognitio hujus propositionis est cognitio nihil de ea negando; Sed per vos cognitio rei nihil de ea negando, vel affirmando est simplex apprehensio: Ergo etc.

4 Majore evidens: minor est definitio horum Scholistarum: Consequentia infert. Quando enim dicit: nihil affirmando, vel negando, particula apponit distinctivas, vi cujus idem est, ac si diceret, quod si nihil affirmat simplex apprehensio verificat; et similiter si nihil negat: Ergo si in cognitione praedictae propositionis nihil negat, simplex apprehensio erit; et sic cum judicio confundit.

5 Et ne communis ordo ab initio disputandi invertatur, sciendum est etiam, quod propositio sic definitur: est oratio enunciativa unius de alio, ut in hac:

Petrus ē homo in qua de Petro dicit esse hominem. Hec tribus terminis constat; scilicet, ex subto, copula, et predicato: Petrus ē subtum, quia subjicit, ut de illo dicatur, quod sit homo; et homo ē predicatum, quia ē quod dicit seu predicatur de Petro: ly ē, ē copula, quia unit subtum cum predicato.

6 Sed notare debetis, quod et propositio tantum duabus vocibus constet, alia subintelligit: ut in ista propone, Petrus legit, in qua subintelligit verbum ē, et hunc sensum facit: Petrus ē legens. Si vero propositio magis quam tres voces habeat, ad tres solum reducuntur. Vg. Jesus Christus, Eternus Deus, eterni que Patris Filius, ē redemptor noster: que voces ante copulam positæ, ad unum tantum subtum, et post copulam ad unum tantum predicatum, reducunt.

7 Nunc ē dicendo conclucionis aliquam argutationis notitiam; pro qua scire debetis, quod argutatio alia Silogus, alia Entimema, dicit. Silogus ē argutatio perfecta tres importans propones, quarum 1ª dicit major, 2ª minor, 3ª vero consequens, seu Nª appellat. Accipite exemplum: Omnis homo ē animal. Sed Petrus ē homo: Ergo Petrus ē animal. Ly omnis homo ē animal ē propositio major; ly Petrus ē homo, ē propositio minor; et ly Ergo Petrus ē animal, dicit consequens, seu Nm.

8 Entimema ē argutatio imperfecta duabus constans propnibus, quarum 1ª dicit ans, et ultima consequens seu Nm. Pono exemplum: Petrus currit: Ergo movet. Ly Petrus currit dicit ans; et ly Ergo movet, consequens seu Nª appellat. Hec de argutatione ad nunc sufficiant; et de tempore sequente in libro 8º Sumularum de illa late, et proprie sermo erit.

9 Non minus ē ducenda notitia de definitione et divisione. Circa quas advertite, quod definitio, ē oratio explicans sensum rei: que ut bona sit debet 1º debet constare genere, et differentia. Genus ē ratio illa per quam res definita, seu definitum, aliis rebus convenit. Differentia vero ratio illa, per quam ab illis differt. Exemplum: animal rationale. Hec ē definitio hominis

constans genere, et differentia: nam ly ens est genus, quia per illud homo convenit cum bruto; et ly rationale est differentia quia per illud a bruto differt.

10 2º debet fieri per particulas, seu voces clariores ipso definito: hoc patet in praedicta definitione; in qua homo est definitus, et magis explicatur per animal rationale quam per vocem homo: alias ad explicandam definitionem esset necessaria alia definitio. = 3º debet convenire omni et soli definito; ratio quia si non omni definito conveniret, esset tunc definitio diminuta; et si aliis a definito conveniret, esset redundans seu superfluens. = Divisio est oratio, totum in suas partes distribuens. Sed de istis late in 2º libro summularum.

11 Nunc autem sciendum est arguendi, defendendique modus, ut in quaestionibus vere ex[illegible] positis. Disputare est duorum munus; defendentis, scilicet et impugnantis. Defendens a facto a praeside signo surget, et modeste dicens: sub omnipotentis Dei auxilio, beatissimae semperque Virginis Mariae absque peccato originali conceptae, captata per docti Patris mei Lectoris, aut Magistri; venia quae per docti Patris mei Lectoris, aut Magistri, vel Domini D. Doctoris, reliquorumque circumcedentium, quaestionem quam in praesenti disputandam sibi oportet mihi proponere, quae inquirit (sequitur titulus:) et posito titulo, sedet, et dicit: notabilia, Ratio, cum suis probationibus et his finitis, surgit, et dicit: sic se habet mea Ratio, aliquantulum probata vestris tamen acutissimis argumentis magis, ac magis elucidabitis: et sedens dicit: dixi

12 Arguens ante quam argumentum proponat, dicat: Sub eadem correctione adversus propositam rationem arguitur, deinde sedet, et proponit silogismum, vel enthimema, cujus consequens, non vero antecedens, sit contradictorium rationis propositae. Habere enim debet, ne inferat hoc ratio: Ergo nulla est ratio. Habeat etiam animi pedem, vocemque strepitu aptam tamen, sed modestiorem ubi debet

13 Defendens statim ac audit syllogismum, vel enthymema, surgens, dicat: Sic arguitur, doctissime Pater, Magister, Lector, Doctor, vel carissime Discipule, cujus argumentum sic procedit. Tunc sedet deinde, repetit integrum syllogismum, vel enthymema, et in alia repetitione si falsa fuerit major, vel ans, dicat nego majorem, vel ans, si vero vera fuerit concedat, et si dubia distinguet. Idem de aliis propositionibus: notandum tamen quod nunquam distinguat arguens sed defendens; nec defendens neget, vel concedat, sed arguens. Si aliqua propositio non est ad propositum, transeat, vel omitto; sed si aliquid fuerit falsum suppositum illud negabit, sobrius in modo in arguendo, defendendo quo modestia cum claritate conjuncta.

Liber 1us Summularum
De pertinentibus ad 1am intellectus operationem
Disputatio unica in quam de termino logico tractatur
Quaestio 1a quid sit terminus logicus
Paragraphus 1us vera termini definitio traditur

14 In resolutione quaestionis supponendum est 1o quod terminus ejus, ut habet res dicitur quod est cujuscunque ultimum, et extra quod nihil est. Aristoteles 5 Metaph. cap. 15o et super nunc locum D. Thomas analogiam illud est terminus rei, extra quod nihil est pertinens ad illam, et intra quod sunt omnia pertinentia ad integritatem rei terminatae. Unde terminus rigorose sumptus est id, in quo ultimo aliquod compositum desinit, vel simplex elementum ex quo primo componitur, quia id est principium compositionis, et ultimus terminus resolutionis rei.

15 Supponendum est 2o quod elementum est ex quo indivisibili componitur divisibile. Stephanus Spitaba cap. 3o hoc, et ibi exponit D. Thomas: elementum debet esse irresolubile, simplex, et id ex quo aliquid fit, qua ratione in physicis materia et forma sunt tria elementa, et litteras alphabeti vocant elementa vocalia, quia ex litteris primo componuntur voces, et in illas ultimo resolvuntur. Unde ex his simplices, seu termini, in quos ultimo resolvuntur, et ex quibus primo componuntur

certa facta logicalia, propterea erunt elementa logicalia.

16 Supponendum est 3° ad facta logicalia esse silogismos, definitiones, divisiones, et alias species, quarum partes dicuntur termini logici. Licet ex ipsis componitur totus logus: Ex. propositio componitur ex subjecto, et predicato; definitio ex genere, et differentia; divisio, ex partibus dividentibus; nunc ergo modo inquirimus de quolibet termino logico in particulari, sed de termino logico in communi.

17 Videntur assignandi definitiones termini logici. Nos vero cum Arist., et D. Scoti dicimus: Terminus logicus est elementum constitutivum compositi logici. Bonitas hujus definitionis patet. Constat enim genere et differentia; nam elementum est genus, quia per illud convenit terminus logicus cum aliis elementis, nempe physicis et vocalibus. Sed constitutivum compositi logici, est differentia, quia per hoc distinguitur terminus logicus ab aliis. Similiter de reliquis conditionibus ad veram definitionem requisitis: Ergo nostra definitio est vera.

18 Probatur nostra 1° ratione deducta ex Phil. et Scoto: terminus in communi est elementum constitutivum alicujus compositi: Ergo terminus logicus est elementum constitutivum compositi logici. Conseq. vera: antecedens probatur ex Phil. et Scoto: terminus est conceptus simplex, indivisibilis, ex quo aliquod compositum primo fit, et in quod ultimo resolvitur; sed elementum juxta talia verba ex Phil. et Scoto est conceptus simplex irresolubilis, ex quo aliquod compositum primo constituitur, et in quod ultimo resolvitur: Ergo terminus in communi est elementum constitutivum alicujus compositi.

19 Explicatur ratio: elementum constitutivum compositi physici est terminus physicus proprie, et stricte talis: Ergo terminus logicus proprie, et stricte est elementum constitutivum compositi logici. Antecedens constat, consequentia probatur: ideo elementum constitutivum compositi physici est proprie et stricte terminus physicus, quia est conceptus simplex irresolubilis, ex quo primo consurgit totum physicum stricte tale; sed elementum constitutivum compositi logici est conceptus simplex irresolu

dilis, ex quo 1º sumgit totus logus stricte talis: Eg. &c.

20 Ex hac

Et ejus probationes secuntur 2º corolaria. 1um est quod non solum extrema propositionis, sed etiam extrema cujuscunque artefacti logalis, dummodo sint propriè elementa, sunt propriè termini logici: unde non solum subjectum et predicatum, sed etiam genus, et differentia, partesque dividentes totum divisum sunt propriè termini logici.

21 Ratio patet

ex dictis: nam extrema propositionis ideo participant rationem termini logici, quia constituunt, veluti elementa, totum habens in se rationem termini ... artefacti logici: Eg. sicut extrema propositionis sunt termini logici, ita extrema definitionis et divisionis; nam definitio, et divisio non minus sunt artefacta logalia, immo magis quam propositio.

22 2º in-

fertur contra aliquos Schotistas propositionem non esse propriè terminum logicum: Probatur ex 2ª: terminus propriè talis est elementum, seu conceptus simpliciter irresolubilis: atqui propositio est resolubilis in alia elementa, scilicet subjectum et predicatum. Eg. Confirmatur a paritate in physicis; nam ut ait Dr lib. 5º Met. Cap. 3º citato; elementum debet esse 1um ex quo aliquid fit et per hoc distinguit elementum a substantia proxime disposita; quia non est 1ª in compositione, nec per consequens ultima in resolutione, et propter hoc corpus organicum non est propriè elementum hominis: nam etiam corpus est resolubile in aliquod prius puta in 1am materiam: Eg. nec propositio erit propriè elementum logicum, quia resolubilis est in aliquod prius, nempe in subjectum, et predicatum

Argumenta Solvuntur

23 Arguitur 1º data definitio termini non convenit omni termino logico: Eg. est diminuta. Probo ant: propositio est terminus logicus; sed data termini definitio non convenit propositioni: Eg. &c. minor patet; nam propositio non convenit esse elementum. major probatur: pars essentialis cujuslibet totius logalis est terminus logicus; sed propositio est pars

essentialis totius logicalis, quia ē pars silogi: Ergo.

24 Respondeo negando ans;

ad probationem nego majorem; et ad ejus probationem distinguo majorem: pars essentialis habens rationem elementi, seu complexum irresolubilis, concedo; pars essentialis resolubilis, nego majorem, et distinguo minorem: propositio ē pars essentialis resolubilis, concedo; ē pars essentialis irresolubilis, seu habens in se rationem elementi seu complexum simplicis, nego minorem.

25 Explicatur solutio:

non omnis pars constitutiva compositi logici ē hic logus, sed solum illa pars, quae sit elementum seu complexum simplex, et irresolubilis. Cum ex Philosopho et Scoto hac ratione sit id, intra quod totum res clauditur, et extra quod nihil rei, quod idem ē, ac esse id ex quo res componitur, et in quod ultimo resolvitur, inde est quod hic in illa linea, in qua ē hic sit elementum, seu id irresolubile.

26 At propositio licet sit pars constitutiva compositi logici, scilicet silogi, non tamen ē elementum, nec pars irresolubilis, sed in linea logica resolvitur in subjectum et praedicatum; quare intra propositionem non clauditur tota pertinentia ad integritatem silogi; intra propositionem enim non clauditur subjectum et praedicatum, sed potius ē contra.

27 Sed replicant nobis Scotistae: propositio ut pars silogi ē complexus simplex irresolubilis. Ergo nihil illi deficit ad rationem elementi logici. Probatur ans: quod non ē totum compositum ē complexum irresolubilis, sed propositio ut pars silogi non ē totum compositum. Ergo. Probo minorem: propositio ut pars silogi habet rationem partis; sed implicat aliquid sub ratione partis esse totum compositum: Ergo. Confirmatur: propositio ut pars silogi tantum dicit respectum et ordine ad componendum silogum; sed hic respectus ē complexus simplex irresolubilis. Ergo propositio ut pars silogi ē complexus simplex irresolubilis.

28 Respondeo ad replicam: nego ans, et ad probationem nego minorem, ad hujus probationem distinguo minorem: implicat aliquid sub ratione partis esse totum, cujus ē pars, concedo; esse aliud totum, nego minorem. Et ad confirmationem nego minorem; itaque absque aliqua implicatione propositio etiam ut pars silogi ē simul pars et totum; nam respectu silogi ē pars, at vero respectu subjecti et praedicati ē totum.

Hoc patet in corpore organico, qd respu hominis ē pars, et respu partis ipsius componentis, scilicet, materiae, et formae ē totum

29 Nec ordo seu respu, quae dicit propositio ad componendum silogum ē simplex, et indivisibilis, sed compositus, et aggregatus ex pluribus partibus ordinibus, quos dicunt inter se partes propositionis formaliter ut tales; sicut enim ordo, et dispositio, quae dicit paries ad componendum domum non ē simplex, sed conflatus, et compositus, ex artificiosa dispositione, et multiplici ordine quae dicunt ad invicem partes parietis, scilicet, lapides, terra &c: pariter eodem modo ordo propositionis ad componendum silogum, componitur ex multiplici ordine, et artificiosa dispositione terminorum propositionis, scilicet, subiecti praedicati.

30 Arguitur 2º praedicta definitio termini non habet differentiam [illegible] probo ans: implicat definitionem termini habere differentiam, et quod non det a quo terminus logicus distinguatur; sed non datur a quo distinguatur ergo &c probo minorem: si aliquid daretur, maxime terminus physicus; sed terminus logicus non distinguitur a termino physico: ergo &c probo minorem: terminus physicus ē terminus logicus: ergo &c probo ans: terminus physicus ē subiectum huius propositionis; terminus physicus non ē terminus logicus, sed subiectum propositionis ē terminus logicus: ergo.

31 Respondetur negando ans, cuius probationis negatur minor, ad cuius probationem concessa maiori negatur minor, et ans probationis et maioris probationis distinguitur: terminus physicus, ut physicus ē, seu secundum munus terminandi compositum physicum tantum, ē subiectum propositionis, nego. Secundum munus terminandi unionem, seu compositum logicum, concedo maiorem.

32 Explicatur solutio: terminus physicus dupliciter potest considerari: 1º secundum quod terminat compositum physicum, seu unionem physicam; 2º secundum quod terminat compositum logicum, seu unionem logicam. In hoc 2º sensu terminus physicus ē terminus logicus, quia sic subiicitur, et habet 2am intentionem logicam subiecti; et in hoc sensu captus stat in praedicta propositione. In 1º sensu terminus physicus non ē terminus logicus, quia sic non ē subiectum 2am intentionis logicae, quod requiritur ad rationem termini logici.

33 Sed contra insurges: terminus physicus secundum munus terminandi compositum physicum ē terminus logicus: ergo ruit solutio

· Resp. an in hac ppne transphicus 2us munus terminandi 3positi phici non est transcendens tanquam 2us munus terminandi 3positi phici est subiti ppnis, sed subiti ppnis est transcendens: Ergo. — Respondeo ng. 3o arg. ad probationem distinguo majorem: transphicus 2us munus terminandi 3i et habet tale munus in praedicta ppne ng., et non habet tale munus, 3cedo majorem.

34 Licet transphicus 2us munus terminandi 3positi phici ponat in ppne, ut dico enunciet non esse transcendens, tamen tale munus non exercet in ppne, sed dumtaxat in 3posito phico; nec proprie loquendo potest dici, quod 2us munus terminandi 3positi phici est in ppne, quia tale munus solum habet in 3posito phico, quod quidem munus positum in ppne de materiali se habet ad 2am intentionem.

35 Arguitur 3o juxta phy lib. 1o priorum solum subiectum et praedicatum sunt termini logici. Sed nostra descriptio se extendit ad elementa cujuscunque artefacti logici: Ergo nostra descriptio non est 3formis pho. Probo majorem: phus ait, terminum voco, in quem resolvitur ppositio tanquam in praedicatum, et id de quo praedicatur. 3firmatur Doctor Scotus quaest. 1a praedicamentorum non. 4o sic ait: terminus significat idem, quod punctus simplex quia transsumitur a Geometria ad logicam, ad significandum indivisibile in ppnibus.

36 Respondetur Phum solum definisse terminum logicum enunciativum, et silogisticum, quia tantum de silogismo tractabit in lib. priorum, immo in tota sua logica, quam etiam restrictionem servat etiam Doctor Scotus in sua logica, tanquam stricte ppositor logicae Aristotelicae: quam rationem in ultimis verbis notanter 3cludit, quae dicunt terminum de quo logici, idem, Aristotelici de logica tractantes.

37 Ad meliorem solutionem notandum est, Doctor Scotus quaest. 3a universalium dicere, silogismum esse obiectum adaequatum logicae. Oppositum vero docet lib. 1o priorum, quaest. 2a. Ut autem 3ciliandum haec duo loca, quae videntur opposita, respondent 3muniter Schotistae silogismum esse obiectum adaequatum logicae Aristotelicae, non vero logicae in tota sua latitudine, et ita intelligendum esse Schotum. Quare Ergo nobis non licebit eodem modo exponere Aristotelem et Schotum, et dicere

qd tantu locuti fuerunt de ens logico silogistico, vel vero de ens in omni, seu in tota sua latitudine?

§3us

Aliqua dubia resolbunt

38 Quæro 1°, an Copula sit ens? Thomistæ respondent affirmative; oppositu tenent Schotistæ, cu quibus dico: Copula formaliter ut talis n est ens logicu. Probatur: ens logicu est elementu constitutibu compositi logici; Atqui talis compositio n convenit copulæ formaliter ut talis: Ergo. Probatur minor: Elementu est conceptus simplex ex quo 1° res fit et in quod ultimo resolbit; sed propositio n resolbit in copulam nec id in quod resolbit propositio manet destructa propone, sicut id in quod resolbit domus, domo destructa manet: Ergo talis compositio n convenit copulæ.

39 Probatur minor: copula formaliter ut talis est unio subjecti et prædicati; sed destructa propone n manet unio subti et prædicati; nam destruere propositionem est separare subtum a prædicato: Ergo. Et confirmatur: ens logicu est pars artefacti logici; sed Copula n est pars propositionis quia unio partium n est pars: Ergo. Et minor patet a paritate: nam unio phisica n est pars compositi phisici: Ergo nec unio logica est pars compositi logici.

40 Arguunt Thomistæ: forma cujuslibet compositi est pars essentialis, elementum, et ens quæ talis compositi; sed copula est forma propositionis: Ergo est pars essentialis. Et confirmatur probatur: copula est elementu, quia est conceptus simplex; sed etiam est constitutiba compositi logici; quia sine illa n potest propositio dari: Ergo illi convenit nostra descriptio et consequenter est ens logicu.

41 Respondetur distinguendo minorem: copula est forma rigorose sumpta propositionis, nego: est forma improprie, quatenus sine illa nequit formari propositio, concedo; sed hoc n sufficit, ut sit ens propositionis, quia sine unione phisica n potest dari totu phisicu, et tamen unio phisica n est ens phisicum, seu pars essentialis compositi phisici.

42 Ad confirmationem dico, quod Copula licet sit conceptus simplex, n tamen proprie elementu, quia n est id ex quo

1° ɔponit, et in qd ultimo re solvit ppsio, ut dictu ē supra; nec ē pars ɔstitutiba ppnis, et si sine copula n posit dari ppsio, ng etiā unio phicea n ē pars esensialis ɔpositi phisi, et si sine illa nequeat dari ɔpositū phicū, et similiter de intentione respu sacramentorū: Eg quanbis sine unione logā n posit dari ppsio, n sequit esse ɔstitutibā ipsiu.

13 Notanter dicimus copula for ut talis, seu inquantū exercet munus uniendi n ẽ terminus logicus; ng si copula sumat materialiter, seu quatenus n exercet munus uniendi, ut in hac ppne: Ē ē copula, hæc copula ē terminus logicus, n formaliter ut copula, seu formaliter subtū.=

14 Quæres 2°: An voces n significativæ sint termini logici? Respondet affirmative, et probat: qd induit 2g intentiones subti, ł predicati ē formaliter terminus logicus; sed voces n significative induunt 2g intentiones subti, ł predicati, ut in hac ppne Blictiri ē vox Egᵗ ɔfirmat: subtū formale ppnis ē formaliter terminus logicus; sed vox n significativa ē formaliter subtū formale ppnis, ut in hac, Blictiri ex trisilabis: Egᵗ

15 Respondent thomistæ et præsipue illustrissimus Palanco, in dicta ppne Blictiri esse subtū materialiter, n vero formaliter: sed contra: hæc ppsio Blictiri ē trisilabis ē ppsio formalis; sed ppsio formalis debet habere subtū formale: Eg Blictiri ē subtū formale, nul aliud ē asignabile in tali ppne.

16 Arguunt thomistæ: terminus formaliter ut talis debet suponere formaliter; sed vox n significativa tantū supponit materialiter, et n formaliter; ng suponit pro se ipsa, et suponere formaliter ē suponere pro suo significato, Egᵗ = Respondeo ad argutū nego majorē; quia supositio materialis ē etiā formalis proprietas termini logici; unde n requirit supositio formalis; ut patet in hac ppne, Homo ē vox, in qua homo ē formaliter terminus logicus, et tantū suponit materialiter n vero formaliter.

Quest 2ª
An detur ens logus extra pprs? Phus 1ᵃ 3

Resolvit quest.

47 Quest hæc duplicem potest habere sensum. 1ᵐ an non soli partes ppris, sed etiam partes cujuslibet artefacti logici sint formaliter entia logica? et in hoc sensu quest jam resoluta manet. 2ᵘˢ sensus est, an ut aliquid sit formaliter ens logicus, requirat quod actualiter componat pprs? vel an sufficiant, posse illam componere, et idem quærit de entibus definitionis, et divisionis. Itaque sensus quæsiti erit, an possit dari formalis, et actualis ens logicus quin actualiter componat artefactum logicum sibi correspondens?

48 Circa quam difficultatem divisi sunt autores, tam Thomistæ quam Scotistæ. Sit nostra conclusio: datur formalis ens logicus extra actuale artefactum logicum. Hoc est, datur ens logicum ppris, quamvis actualiter non componat pprs; ens definitionis, quamvis actualiter non componat definitionem; ens ter divisionis similiter; dummodo habeant potentiam proximam ad talia artefacta componenda.

49 Probatur conclusio: formale subiectum, et formale prædicatum dantur extra pprs; sed formale subiectum, et formale prædicatum sunt formaliter entia logica: ergo datur formalis ens logicus extra artefactum logicum. Probatur major: ante actualem prædicationem datur formaliter proxime subjicibile, et formaliter proxime prædicabile; sed formaliter subjicibile est formale subiectum et formaliter prædicabile est formale prædicatum: ergo conclusio. Confirmatur. 2ª intentio subiecti, et prædicati datur absque ppne actuali: ergo conclusio: Probatur antecedens: intentio subiecti, et prædicati fit per comparationem simplicem intus seu per simplicem apprehensionem; sed simplex apprehensio datur ante actualem prædicationem, quia antecedit judicium: ergo conclusio.

50 Probatur 2º conclusio omne elementum constitutivum compositi logici est formaliter ens logicum, sed extra actuale artefactum logicum datur elementum &

Ergo & majori constat ex quest. ante: minor 1ae: elementis constitutivus compositi logici est elementis potius proxime constituere compositum logicum; sed elementis potius proxime constituere compositum logicum dat, quantivis actualiter non ponat compositum logicum: Ergo major et minor patent; neque hoc est differentia inter constitutivus, et constituens, quod constitutivus tantum dicit potentiam ad constituendum; constituens vero dicit actualiter constituere: unde constitutivus datur quin actu sit constituens.

§ 2us

Argumenta Solvuntur

51 Arguitur 1o: voces extra propositionem non habent actualiter rationem constitutivi termini logici in ratione talis; sed quod actualiter non habet rationem constitutivi termini logici non est formaliter terminus logicus: Ergo &c. Probatur majoris: ratio formalis constitutiva termini logici, est quaedam 2a intentio proveniens ab intellectu ordinante propositionem; sed termini extra propositionem non habent hanc 2am intentionem: Ergo &c. Probatur majoris: terminus logicus est aliquid pertinens ad logicam considerationem; sed si ratio constitutiva illius non esset aliqua 2a intentio, non esset logicae considerationis, quia logica solum agit de 2is intentionibus. Ergo ratio constitutiva termini logici est aliqua 2a intentio comparantis extrema inter se cum propositione.

52 Replicabis: ad rationem formalem constitutivi termini logici sufficit posse habere illam 2am intentionem; neque verba in definitione non dicunt actum, sed aptitudinem; et cum voces extra propositionem habeant aptitudinem extra propositionem erunt formaliter termini logici. Sed contra: haec aptitudo convenit rebus a parte rei independenter a consideratione intellectus; sed voces sub consideratione quam dat a parte rei non sunt logicae considerationis: Ergo praedicta aptitudo non est sufficiens ad rationem formalem termini logici.

53 Ante resolutionem argumenti notandum est 1o, quod duplicem aptitudinem seu potentiam competere rebus extra propositionem; alia est aptitudo seu potentia proxima, alia remota: 1a convenit rebus quae se sunt tantis, et prout sunt a parte rei, et haec non sufficit ad rationem formalem termini logici, nec pertinet formaliter ad logicam considerationem. 2a est quaedam 2a intentio proveniens ad intellectum comparante animal ut subjicibile, ad rationale, ut prae-

dicabile, et hoc e sua constitutiva tri logi formalis.

54 Notandum

2° separationem inter aliquam esse simplicem, et aliam compositam: sa. est apta simplicis apprehensionis, quae datur extra actualem praedicationem. 2a est actu judicii, tantum quae datur in actuali compone. 1a separatio est quae facit 2a intentionem formalem, ut tenent omnes, praecipue Scotistae cum D. sti 2° et 5° effectus quaest 11a. 6. 2a separatio, scilicet, composita ex ipsa actualis praedicatio, sed non est effectiva 2æ intentionis logae subjecti praedicati, &c.

55 His notatis respondeo ad argumentum negando majorem 1i et 2i silogi ad probationem concessa majori et minori, nego consequentiam, distinguo consequens claritatis gratia: Ergo constitutiva tri logi est aliqua 2a intensio proveniens ab intellectu separante separatione composita, nego; separatione simplici, concedo. Ad impugnationem responsionis, respondeo distinguendo majorem: illa aptitudo remota convenit rebus a parte rei, concedo; proxima nego.

56 Notate, quod aptitudo, quam dicimus sufficere ad rationem formalem tri logi, non est aptitudo ad habendam 2am intentionem, sed est aptitudo, seu potentia ad componendam actualem praedicationem: unde aptitudo remota seu potentia ad habendam 2am intentionem datur a parte rei, et non est 2a intensio formaliter constitutiva tri logi; at vero aptitudo proxima seu potentia ad ponendam actualem praedicationem, est ipsa 2a intensio formaliter constitutiva tri logi, et haec datur extra actualem praedicationem.

57 Atqui 2° dicamus tri esse elementum constitutivum &c.; sed voces extra artefactum logicale non sunt talia elementa: Ergo. Probatur minor: in physicis solum habet rationem principii, seu elementi, quod apte componit compositum; sed voces extra artefactum logicale actu illud non componunt: Ergo &c. Probatur major: materia, et forma non dicuntur principia, seu elementa entis in facto esse, nisi quando actus remanent in composito. = Sic materia, forma, et privatio non dicuntur principia in fieri entis, nisi quando actualiter faciant compositum: Ergo pariter de elementis logis.

58 Respondeo: lapide

, et ligna n͠ sunt partes, seu elementa domus, nisi qdo actualiter componunt domu: Ergo ita n͠ sunt elementa, seu partes artefacti logi, nisi qdo actu componunt artefactu logu. Confirmat 2º: Haec ẽ dã prientia inter relativa et absoluta, q͠ absoluta habent essentia, quae consistit in aptitudine; relativa vero in actuali exercitio; at tam ẽ de genere relativorum: Ergo ejus essentia consistit in actuali exercitio formandi artefactu logu. Probat; minor ẽ, sentia quia essentia tai ẽ essentia partis, omnis autem pars ẽ relativa ad totu cujus ẽ pars

59 Usia autem exemplis patet: nã quia homo ẽ id absolutu, dum dicit rationalis n͠ ẽ sensus ejus cõ ejus essentia sit actu rationalis, sed posse; quae sunt verba in ejus definitione n͠ dicunt actu, sed aptitudinem. A contrario, quia unio ẽ de genere relativorum, ejus essentia n͠ consistit in potentia uniendi, sed in actuali exercitio.

60 Respondeo ad argumentu negando minorem; ad probationem negando majorem, et ad ejus probationem concedo totu, et nihil contra nos. Sicut enim partes phci n͠ sunt elementa compositi phici in esse compositi phici, nisi qdo faciunt illud n͠ in facto esse, nisi qdo actus sunt in illo; sunt autem elementa compositi phici faciendi, seu in faciendo esse, qdo proxime possunt componere; ita similiter voces, et res n͠ sunt tai compositi logi in essere, nec in facto esse, nisi qdo actualiter componunt, et permanent componendo; sunt tamen elementa, et principia constitutiva compositi logi in faciendo esse, qdo proxime possunt constituere artefactu logu, licet, actus n͠ constituant.

61 Ad 1m confirmationem distinguo ans: lapides, et ligna put sunt in monte et silva n͠ sunt partes domus concedo; put sunt fabrefacta, seu disposita ab artifice, nego ans: quia sic jã habent aptitudinem proximam ad componendu domu. Ad 2m confirmationem dico: relativa praedicamentalia utique consistere in actuali exercitio respectu ad tru actuale; sic se habet unio, et alii relationes: at vero relativa transcendentalia n͠ petunt exercitiu respondendi ad tru actuale, et talis ẽ aptitudo proxima ad componendu artefactu logu. Patet hoc, in universali logo, quod secundu omne n͠ consistit

in actuali conceptione, sive in aptitudine prima ad essendum in aliis actu in multis, et praedicari de illis

§ 3us

Quotuplex sit terminus logicus?

62 · Ex parte formae dividitur terminus logicus in enuntiabiles, seu subiectum et praedicatum; in definitivos, seu genus, et differentiam; et indivisibiles, seu partes dividentes. Ex parte materiae dividitur terminus logicus in mentales, vocales, et scriptos. Mentalis est, qui mente concipitur. Vocalis, qui ore profertur. et Scriptus, qui litteris exaratur. Terminus vocalis dividitur in significativos, et non significativos. Significativus est, qui aliquid significat, ut hae voces: Homo, lapis; non significativus est qui nihil significat: ut Blictrix, et Sindaxerus.

63 Terminus significativus dividitur in Categorematicos et syncategorematicos. 1us est qui se solus perfecte significat, ut Homo. 2us est qui se solus perfecte non significat, ut omnis, nullus. Unde notate, quod si isti termini supponant pro se ipsis, sunt categorematici, ut in hac propositione: nullus est nomen adiectivum. Categorematicus dividitur in Concretos, et Abstractos. 1us est, qui significat formam subiecto, vel supposito unitam, ut Homo albus. 2us est qui significat formam a subiecto, vel supposito abstractam, ut albedo, et humanitas.

64 · Denique dividitur in Communes et singulares. Communis est, qui significat naturam pluribus communem; ut al. Ho. Singularis est, qui significat naturam singularem; ut Petrus, Paulus, etc. Hic a pluribus movetur difficultas utrum terminus Deus sit communis, vel singularis? quam omitto, tum quia parum difficultatis habet, tum etiam, quia de ea tractemus de naturis Communibus. hanc difficultatem, saltem tractando, tangemus. Plures alias divisiones termini logici nimis longum esset recensere: Consulite Auctores.

§ 4us

Termini proprietates ponuntur

65 Suppositio 1a termini proprietas sic definitur: est positio termini pro eo quod significat. haec dividitur in materialem, et formalem. 1a est positio termini pro se ipso, hoc est, pro ipsa materia vocis, ut homo est vox dissyllaba. 2a est positio termini pro re quam significat,

ut ..., ista formalis suppositio subdividitur in propriam, et impropriam. Prima suppositio termini per quam proprie significat, ut Leo rugit. 2a positio termini per quam proprie, et metaphorice significat, ut vincit Leo de tribu Juda, ubi Christus Dominus metaphorice dicitur Leo.

66 Suppositio formalis propria subdividitur in simplicem, et personalem. 1a est positio termini pro suo immediato significato immobiliter affecto, ut homo est species. 2a est positio termini pro immediato, quam mediato significato, ut homo est visibilis. Hujus suppositionis plures divisiones omitto apud Auctores videndas.

67 2a termini proprietas est alienatio, quae etiam distractio dicitur, et est translatio termini a propria ad impropriam significationem: ut homo pictus, Leo marmoreus, quae dicuntur homo, et Leo improprie, quia sunt imagines illorum. 3a termini proprietas est diminutio, et est coarctatio termini a significatione totius ad significationem partis: ut quando dicitur Ethiops est albus dentes.

68 4a termini proprietas est restrictio, et est assumptio termini ad minorem significationem, quam ex natura sua illi competebat ratione alicujus adjuncti: v.g. Discipulus diligens evadit doctus; ubi ly diligens coarctat ly Discipulus, ad illud solum significandum. 5a termini proprietas, est ampliatio, et est extensio termini de minori ad majorem significationem: ut homo est animal. Ubi ly homo supponit pro omnibus significatis. Alias subdivisiones proprietatum termini, pluresque regulas, pro ampliatione efformant Auctores; sed quia potius confusionem, quam claritatem causant, omittimus; et quia majora nos vocant, ideo que de signo sermonem instituimus.

Distintio unica

In qua de signo agitur. Quaestio unica Quid sit signum, et an recte definiatur

§1us definitio signi defenditur, et alia ad signum pertentia tractantur.

69 Notandum est 1o, quod signi conceptus nihil aliud est, quam potentiae dispositionem aliquid a se distinctum repraesentare, ut ait D. N. S. quaest 15. elencorum, n. 5. Et repraesentare, est potentiae cognoscenti praesentem facere. 2o notandum est, quod ut verificetur signum

tria hęc debent inveniri, Representans, Representatum, et id cui representat; Representans est signum quia illud facere representatum. Representatum est signatum, quia medio representante venimus in cognitionem illius, et id cui representat est ipsa potentia rationalis, seu cognositiva, quę ex cognitione representantis, seu signi, venit in cognitionem ipsius signati.

70 Sit exemplum: visa imagine N.ri D.ni S.ti Jacobi, ipsa imago est representans, seu signum, quia facit nobis D. S. Jacobum presentem, non in loco Jacobi, sed in mente: S.tus D. est representatum, seu signatum, quia ex cognitione ipsius imaginis, venimus in cognitionem illius: intellectus quoque noster est cui representat, quia ex cognitione imaginis fit illi presens D.nus S.tus Unde talis imago est signum, quia est representans D. S. Jacobum. Sic ergo definitur signum.

71 Signum est medium potentię innotitivę aliquid a se distinctum representans. Bonitas definitionis: predicta definitio explicat clarę naturam signi per genus, et differentiam illius, nam medium est genus quia per hoc convenit signum cum aliis mediis, quę signa non sunt; reliqua pars est differentia, quia per illas distinguitur signum ab aliis rebus, quę signa non sunt: verbi gratia, ab illis quę non representantur ut Blictiri. Et quę distinguitur a rebus se ipsas representantibus: Ergo nostra definitio est bona.

Sed arguta adversariorum solvuntur.

72 Arguitur 1.mo imago Cesaris representat Cesarem; sed non est signum, quia non est signum ad placitum, nec ex consuetudine, nec naturale, quia imago non a natura, sed ab arte habet representare: Ergo datur aliquid, quod representet aliud a se, distinctum, et non sit signum: et consequenter predicta definitio non est bona. Respondetur negando minorem, et ad implicitam probationem dico, quod imago est signum naturale, nam licet quoad fieri pendeat ab arte, non tamen quoad representare, nam facta imagine ab arte, postea independenter ab illa representat prototypum, ob naturales proportiones, quas cum illo habet.

73 Arguitur 2.do datur aliquod signum, quod non representat: Ergo definitio signi non est bona. Probatur antecedens: hęc vox nihil est signum; sed non representat aliquid, quia si representaret esset nihil, sed quod nihil representat, non representat: Ergo etc. Respondeo negando antecedens, et minorem probationis, et ad implicitam probationem ipsius distinguo illam: quod nihil entitatibus positivis representat

nihil repraesentat, concedo, quod nihil entitatibus praesupposse repraesentat, nihil repraesentat nego, et etiam nego consequentiam.

74 Itaque ipsum non esse aliquid, significatum per vocem nihil, est signatum illius signi sicut significatum illius vocis et cum significatum sit distinctum ab ipsa voce nihil, inde est quod est signum; et si aliquid entitatibus non significet, non ad rationem signi solum requiritur, quod aliquid distinctum a se pro significato per illud, sive sit positivus, sive privativus; alias caecitas carentia, et omnes voces carentias et negationes significantes non essent signa, nec voces significativae.

75 Arguitur 3o de ratione signi non est repraesentare: ergo male definitur signum per etc. Probatur: imago velo cooperta est signum; sed non repraesentat, quia non facit eam praesentem: ergo etc. = Respondeo distinguendo antecedens: de ratione signi non est repraesentare actualiter, concedo, aptitudinaliter, seu potentialiter nego antecedens. Licet imago velo cooperta non repraesentet actualiter suum signatum repraesentat, tamen potentialiter, seu aptitudinaliter, et hoc sufficit ad rationem signi, quia verba in definitione non dicuntur actu, sed aptitudine.

76 Sed dices contra: vox blictiri repraesentat potentialiter, sed non est signum, quia est vox non significativa: ergo ad rationem signi non sufficit repraesentare potentialiter. Assumptum probatur, quia vox Blictiri potest imponi ad aliquid significandum. Respondeo distinguendo majorem: vox Blictiri repraesentat potentialiter, fundamentaliter, seu remote, concedo; potentialiter formaliter, seu proxime, nego; et eadem distinctione distinguitur consequentia.

77 Potentia ad repraesentandum est duplex: formalis, scilicet, seu proxima, et fundamentalis, seu remota. 1a dicitur illa, quae advenit rebus, seu imaginibus ex eo quod habeant similitudinem, et proportionem suis prototypis, vocibus ex eo quod imponantur ad significandum aliud a se. 2a dicitur illa quam habent voces quae adhuc impositae non sunt ad significandum, verbi gratia Blictiri etc. De ratione signi est 1a, et non sufficit 2a: quapropter imago velo cohoperta est signum, quia habet 1am potentiam, scilicet, formalem; non vero Blictiri, et aliae voces non significativae, quia tantum habent 2am, videlicet, fundamentalem, quod proprie non est habere potentiam, sed solum fundamentum ad illam.

78 Arguitur 4o tale signum sui ipsius: ergo de ratione signi non est repraesen-

tare aliud esse distinctum à Patre. Ergo vox signi significat signum, seipsa ē signum: Ergo — Confirmatur: sanguis Christi Domini in altari ē signum sanguinis, qui effusus est in cruce; et qui non ē distinctus, sed idem sanguis: Ergo ē signum sui ipsius. Respondetur negando antecedens, ad probationem distinguo majorem: vox signi significat signum in communi, concedo; in particulari, nego; et distinguo minorem, seipsa ē signum in particulari concedo; in communi, nego; non ē. Ergo signum et signatum sub eadem ratione.

79 Ad confirmationem nego majorem: quia non sanguis Christi in altari, sed accidentia vini, quibus sanguis occultatur sunt signum sanguinis Christi fusi in cruce. Si tamen contendas ipsum sanguinem esse signum, dicimus esse sub diversa ratione obiecti, quia ē signum ut existit sub aliena specie diversa, et signatum ut existit, seu existebat sub propria.

§ 3ʷ

Divisiones signi traduntur

80 1º dividitur signum in formale, et instrumentale. Instrumentale ē medium quod prius cognitum repraesentat aliud. Formale ē medium quo, seu ratio formalis repraesentandi aliud, ut in imagine D. Petri, ipsa imago ē signum instrumentale, quia ut instrumentum, et medium prius cognitum, repraesentat D. Petrum: ipsa cognitio qua formaliter venimus in cognitionem D. Petri vocatur signum formale.

81 2º dividitur signum in naturale, ad placitum, et consuetudine. Signum naturale ē quod ex natura sua aliud repraesentat, ut fumus ignem, imago prototypum. Signum ad placitum ē medium ex libera hominum impositione aliquid aliud distinctum repraesentans, ut ramus positus ante januam, et quaelibet vox respectu sui significati. Signum ex consuetudine ē, quod aliqua consuetudine aliud ostendit, ut mappa supra mensam, quia ex consuetudine prandium significat. Alias omitto divisiones signi apud Autores videndas.

82 Pro complemento quaestionis notabis quod signum formaliter consistit in respectu quo dicit ad signatum, quia per hoc distinguitur signum à non signo; respectus verò quo dicit signum ad potentiam cognoscitivam ē quid commune, et generice signo, et non signo, quia convenit cuicumque rei cognoscibili. Respectus quidem constitutivus signi, sicut et constitutivus talis transcendentalis, quia realiter identificatur cum fundamento. Alias sicca

Signy dfunto omitto quia non multy ad logg notitiam necessaria sunt

Quia cpus de Summlis sphicanda sunt
vat omnia sunt doctrinalia, ideo
sequentia in quaestibus sed [illegible]
tanty distributas da-
vimus sic Ego:

De nomine, verbo, et oratione loga.

83 Nomen grammaticaliter sumpto, quo sensu definit vox declinata per casus: Sed de nomine logg considerato, put ad pposit, et sic logy dicit: in quo sensu rectissima e definitio Aristotelis Periherminiarum Cap 2°: vox significativa ad placitum sine tempore, cujus nulla pars separata e significativa, finita, et recta.

84 Quae definitio sic explicant dialectici: ly vox significativa ad placitum ponitur loco generis, per hoc convenit nomen cum verbo, et oratione loga, excludit quae a ratione nominis logi vox non significativa. Ceteras particulas loco differentiae collocant; per ly sine tempore differt a verbo; nam licet nomen possit notare, seu significare tempus, minime vero significare cum tempore: per ly cujus nulla pars separata significat distat ab oratione loga; et per ceteras particulas differt a nomine infinito, ut non homo, non leo, et a casibus obliquis, qui sunt omnes praeter nominativum.

85 Verbum sic ab Aristotele loco citato definit: est vox significativa ad placitum cum tempore cujus nulla pars separata significat finita, et recta, et est semper nota earum quae praedicantur. Particula cum tempore indicat proprium esse verbi significare cum tempore ad differentiam nominis. Ad cujus intelligentiam notate, aliud esse connotare, significare tempus, et aliud significare cum tempore.

86 Connotare tempus est significare in aliquo tempore determinato fieri [illegible], ut Cena, quae significat refectionem nocturnam. Significare cum tempore est significare actionem aliqua temporis differentia ut curro quod significat cursum fieri praesenti tempore. Per particulas cujus nulla pars et excludunt a ratione verbi logi complexa formalia ut amo et lego, seu equivalentia, ut verba adjectiva amat, legit, quae equivalent his, est amans, est legens.

87 Ly finita excludit verba infinita, ut non amo; ly recta omnia tempora praeter praesens indicativi; per reliquas

particulas denotat, quod verbi est unionem, seu copulam praedicati cum subiecto, ponere, quod excludit participium. Unde solum verbum substantivum in praesenti indicativo, ut sum, es, est, proprie verbum logicum.

88 Oratio logica sic ab aliis definitur: vox significativa ad placitum, cujus pars aliqua separata significat, ut dictio, et non ut affirmatio, vel negatio. Dicitur dictio, et non excludit a ratione orationis logicae propositionem, sed ponitur ut sciatur, quod non est de essentia orationis logicae affirmare, vel negare. Et etiam quod de ratione orationis est habere partes, non positive praecise excludendo affirmationem et negationem, sed permissive se habendo ad utrumque.

89 Sed dices: quod talis orationis definitio non est recta, quia convenit aliis, quae orationes non sunt et sunt dictiones; ut patet in istis vocibus, Pater familias, Respublica, quarum partes separatae aliquid significant. Respondetur, quod etsi praedictae voces consistent partibus seorsum significantibus, tamen istae partes non significant idem separatae ac coniunctae, quod requiritur ad rationem orationis.

90 Oratio dividitur in perfectam et imperfectam: haec est quae perfectum non generat sensum in animo audientis: ut si ambulaveris. Perfecta est quae perfectum sensum generat ut Petrus est homo.

Alias subdivisiones orationis omitto,
quae videri possunt apud Autores. = Et haec sufficiant pro
hoc 1º libro Summularum.
Cedant quae omnia
in laudem, et gloriam
Santissimae Tri-
nitatis, Beatis-
simae semper
que Virginis
Mariae geni-
tricis Dei, nec
non ad honorem
Josephi protectoris patriarchae santi Josephi
quibus omnibus sufficitur omnia
dicta, et dicenda committo;

oro que sedant in utilitatis vestag.

Liber 2us Summlary continentibus ad 2am intellectus operationem.

Distinctio unica quid et quotuplex sit propositio?

§1us

Quesito quo ad omnia doctrinaliter respondet.

D1 Propositio, et enunciatio pro eodem sumuntur, solumque differunt penes diversos respectus: dicitur enunciatio inquantum unum de alio enunciat; et dicitur propositio inquantum ... per inferentia proponit. Sic communiter definitur: Oratio enunciativa unius de alio. Oratio est genus, per quod convenit propositio cum alijs orationibus, a quibus per alias particulas distinguitur.

D2 Dividitur propositio in mentalem, vocalem, et scriptam. 2o in Categoricam seu simplicem; Hypotheticam, seu compositam. 1a est, que constat unico Subjecto, Copula, et Praedicato: ut Petrus est homo. 2a est, que constat pluribus propositionibus aliqua conjunctione unitis; ut Petrus loquitur, et Joannes legit. Sed debet adverti, quod si particula conjunctiva est et propositio dicitur copulativa; si est vel dicitur disjunctiva. Si est si dicitur Hypothetica, si est quia dicitur causalis; et si est Ergo dicitur rationalis.

D3 In propositione categorica reperitur materia, et forma, quantitas, et qualitas. Illa propositionis alia dicitur ex qua et alia circa quam. Materia ex qua est subjectum, et praedicatum. Materia circa quam sunt objecta ex quibus formatur propositio. Haec est triplex: necessaria, contingens, et impossibilis. 1a est in qua praedicatum necessario competit subjecto, ut homo est animal. 2a est in qua contingenter illi convenit: ut homo est albus, et 3a in qua praedicatum illi repugnat: ut homo est irrationalis.

D4 Quantitas propositionis est extensio, vel restrictio ad plura, vel pauciora significata. Qualitas est affirmatio, vel negatio, veritas vel falsitas, ex parte quantitatis dividitur propositio in universalem, particularem et indefinitam: Universalis est cujus subjectum afficitur hoc signo Omnis, nullus; ut omnis homo est animal nullus homo est animal. Particularis est cujus subjectum notatur hoc signo, aliquis, quidam; ut aliquis homo est vivens. Indefinita est cujus subjectum nullo signo afficitur: ut Petrus est rationalis.

D5 Notandum quod propositio indefinita in materia necessaria equivalet universali; in materia vero contingenti equivalet particulari. Unde haec propositio homo est animal, equivalet huic: Omnis homo est animal: ista vero; homo est albus, equivalet huic: aliquis homo est albus. Ex parte qualitatis dividitur propositio in veram et falsam: 1a est cujus praedicatum convenit subjecto: ut animal est vivens. 2a est cujus praedicatum non convenit subjecto: ut Deus est mortuus. Dividitur etiam in affirmativam, et negativam. 1a est cujus copula non afficitur parti=

...ula non; 2a est cujus copula afficit particula non

96 Notate, quod particulam non, posse sumi in finitantem, et negantem: sumitur negantem, quando immediate cadit supra copulam, ut Petrus non est sapiens; sumitur infinitantem quando cadit supra praedicatum, et tunc reddit terminum infinitum, sed propositio est affirmativa, ut haec: Petrus est non sapiens. Ad medium dignoscendas propositiones negativas attendite numerum negationum, qui si fuerit impar facit propositionem negativam; si fuerit par affirmativam, quia una negatio alteram destruit. ut propositio affirmativa sit, debet negatio afficere copulam principalem; unde haec est affirmativa: Petrus qui non legit, dormit.

§ 2us

Proprietatis propositionis ponuntur.

97 3plex communiter assignant propositionis proprietates, nempe, Oppositio, aequipolentia, et Conversio. Oppositio est repugnantia (2arum) propositionum inter se; et est quadruplex, scilicet, Contradictoria, Contraria, subcontraria, et subalterna; 1a est affirmatio, et negatio ejusdem de eodem, et 2arum idem, cum repugnantia in veritate et falsitate; quia propositiones contradictoriae nequeunt esse simul verae, ac simul falsae; quia impossibile est idem simul esse et non esse.

98 2a est affirmatio, et negatio ejusdem de eodem, et 2arum idem cum repugnantia in veritate, quia licet propositiones contrariae possint esse simul falsae, non tamen simul verae. Sed notate, quod solum in materia contingenti possunt esse simul falsae, non vero in materia necessaria et impossibili; quia in his cum praedicatum conveniat, vel repugnat omnibus inferioribus, de omnibus, vel de nullo verificatur.

99 Subcontraria est affirmatio et cum repugnantia in falsitate, quia licet possint esse simul verae, non tamen simul falsae; et hoc in dicta materia. Oppositio subalterna est cum repugnantia in quantitate, quia una est universalis et alia particularis; et haec ultima non est rigorosa oppositio, quia non adest repugnantia affirmationis, et negationis. Ex his patet, quod quae opponuntur contradictorie, opponuntur in quantitate, et qualitate, quae opponuntur contrarie, et subcontrarie opponuntur in qualitate, quae vero subalternae opponuntur, tantum in quantitate. Quae omnia in sequenti figura videbitis.

1/00 Sed advertite, quod in sequenti figura quatuor litterae vocales reperiuntur scilicet **A E Y O** — 1a vocalis, scilicet **A** denotat propositionem universalem affirmativam. **E** universalem negativam. **Y**. particularem affirmativam. **O** denique particularem negativam; quae omnia in promptu habebitis si sequentia carmina memoriae mandabitis.

Asserit A negat E sunt universalis ambo,
Asserit Y negat O sunt particularis ambo,



101 Cujus explicatio est, propositio designata per litteram A quæ est universalis affirmativa opponitur contradictorie propositioni designatæ per litteram O, quæ est particularis negativa, et similiter propositio designata per litteram E, quæ est universalis negativa, opponitur contradictorie propositioni designatæ per litteram Y, quæ est particularis affirmativa. Propositiones designatæ per litteras A, et, E, opponuntur contrarie: et propositiones designatæ per litteras Y et, O, subcontrarie. Et denique propositiones designatæ per litteras A, et, Y, et per litteras E, et, O, opponuntur subalterne.

102 Si vultis alias conformare contradictorias ut quodque faciunt, potestis disponere contradictorias de loco, hoc modo: ubique Homo currit, nullibi Homo currit. Alicubi Homo currit alicubi Homo non currit. Sumendo ly ubique loco omnis, ly nullibi loco nullus, ly alicubi loco aliquis, et alicubi non, loco aliquis non. Si vultis illas de tempore conformare, ita disponite eas: semper Homo currit, nunquam Homo currit: aliquando Homo currit, aliquando Homo non currit. de quibus omnibus potestis deducere juxta tabulam antea ostensam.

103 Equipolentia contrariarum propositionum affectio sic communi ... est equivalentia duarum propositionum oppositarum per antepositionem, vel postpositionem particulæ non. ... Exemplum

Sint oppositiones propter quod per qualibet oppositione diversis negatio assignanda ut propositiones equipollentes fiant. Spectantur oppositio subcontraria, cujus propositiones nequeunt fieri equipollentes; nam si alicui preponatur particula non, equivalet sue contrariae; si postponatur, equivalet sue subalternae.

104 Regula pro contrariis est, quod ut propositiones contrariae fiant equipollentes debet particula non poni ante subjectum; in contrariis postponi; anteponi, et postponi, in subalternis. Haec distributio particulae non in sequenti carmine declarata.

Prae contra dic; post contrar; praepostque subalter.

105 Sed ponamus exempla, ut dicta clarius percipiantur. Exemplum pro contradictoriis: Omnis homo est animal. aliquis homo non est animal. Ut his contradictoriis equivaleant, debet negatio praeponi subjecto ipsius, sic: non omnis homo est animal, quia non omnis equivalet signo aliquis non. 2a equivaleat, si sic dicatur: non aliquis homo non est animal, quia non aliquis non, valet omnis.

106 Exemplum pro contrariis: omnis homo est animal: nullus homo est animal: si negationem subjecto primae postponas, dicendo, omnis homo non est animal, equivalet 2ae, quia omnis non quasi nullus. Si subjecto 2ae negationem postponas, dicendo nullus homo non est animal, equivalet 1ae, quia nullus non, valet omnis.

107 Exemplum pro subalternis: omnis homo est animal: aliquis homo est animal: si subjecto 1ae anteponatur, et postponatur particula non sic: non omnis homo non est animal, equivalet 2ae, quia non omnis non, idem est ac aliquis. Et similiter 2a equivalet 1ae si praeponatur et postponatur negatio sic: non aliquis homo non est animal; quia non aliquis non, valet omnis. Ad praedictas equipollentias scire oportet, equivalentia signorum quantitatis propositionis; quapropter sequentia carmina accipite, notantes, quod aliquis idem est, ac quidam.

Non omnis, quidam; omnis non, quasi nullus.
Non aliquis, nullus: non quidam non, valet omnis.
Non nullus, quidam: sed nullus non, valet omnis.
Non alter, neuter: neuter non, praestat uterque.

108 Conversio 3a proprietas propositionum, quae valde utilis est ad reducendos silogos, sic definitur a descriptione: est mutatio subjecti in praedicatum, et praedicati in subjectum, servata semper qualitate, variata quae aliquando quantitate; ut haec: aliquis homo est animal, cujus conversio est haec: quoddam animal est homo. Ex propositionibus quae se habent per modum antis, dicitur conversa, et 2a quae se habet veluti consequens, dicitur conversa.

109 Conversio est triplex: simplex, per accidens, et per contrapositionem. Conversio simplex est mutatio subjecti in praedicatum, et praedicati in subjectum, servata quantitate, et qualitate, sic convertitur universalis negativa, 3a nullus homo est lapis: ergo nullus lapis est homo.

v.g. particularis affirmativa: aliquod animal est vivens, C[onvertitur] aliquod vivens est animal. Ecce servata quantitate, et qualitate, mutatque subjectum in praedicatum, et praedicatum in subjectum.

110 Conversio per accidens est mutatio subjecti in praedicatum, et praedicati in subjectum, servata qualitate, mutataque quantitate. Sic convertitur universalis affirmativa v.g. omnis homo est animal. C[onvertitur] aliquod animal est homo. Et universalis negativa, ut nullus homo est lapis: C[onvertitur] aliquis lapis non est homo. En servatur qualitas, quia utraque propositio convertens, quae conversa remanet affirmativa, vel negativa; sed non servatur quantitas, quia conversae erant universales, et convertentes sunt particulares, mutaturque subjectum in praedicatum, et praedicatum in subjectum.

111 Conversio per contrapositionem est mutatio subjecti finiti in praedicatum infinitum, et praedicati finiti in subjectum infinitum servata quantitate et qualitate. Sic convertitur universalis affirmativa, ut omnis homo est animal: C[onvertitur] omne non animal est non homo. Et particularis negativa, ut aliquis homo non est lapis C[onvertitur] aliquid non lapis non est non homo. At haec conversio in propositionibus inutilis quae est, quia nec remanet propositio usitatis, nec clarior, sed obscura nimis. Haec de conversione dicta sequentibus carminibus sunt contenta.

Simpliciter Feci convertitur Eva per acci.
Asto per contra sic fit conversio tota.

112 Ut haec intelligantur carmina advertite, quod in illis reperiuntur dictiones Feci, Eva, et Asto, quae solum ex vocalibus A E Y et O componuntur. A denotat propositionem universalem affirmativam: E universalem negativam: Y particularem affirmativam, et O particularem negativam, quod in ante figura invenietis expressum.

113 Propositiones signatae per vocales ex quibus componitur dictio Feci, quae sunt universalis negativa et particularis affirmativa convertuntur simpliciter, propositiones denotatae per vocales ex quibus dictio Eva constat, quae sunt universalis negativa, et universalis affirmativa convertuntur per accidens; quae vero denotantur per dictionem Asto, quae sunt universalis affirmativa, et particularis negativa convertuntur per contrapositionem, quae omnia supra ad praxim manent relata.

§ 3us

Quid, et quotuplex sit propositio modalis?

114 Praeter propositiones absolutas de qua hucusque egimus est alia quae appellatur modalis, et est illa quae non solum praedicatum enuntiat de subjecto, sed etiam exprimit modum, quo de illo dicitur v.g. Petrum currere est necesse, notate, quod in hac propositione modus, scilicet, necesse, semper est praedicatum licet accidentaliter collocetur ut subjectum. Et illud Petrum currere, appellatur dictum in propositione modali, et semper est subjectum licet accidentaliter ut praedicatum ponatur.

115 Modi autem sunt quatuor necesse, possibile, aut contingens, impossibile, et possibile non esse. Necesse est modus universalis affirmativus, quia assimilatur signo omnis. Impossibile est universalis negativus quia correspondet signo nullus. Contingens, seu possibile, est particularis affirmativus, et assimilatur signo aliquis. Possibile non esse assimilatur signo aliquis non, et ideo est particularis negativus, quae omnia his versiculis continentur

Omnis esse valet; impossibile nullus.
Possibilis quidam; quidam non possibilis non

116 Ex quibus constat quod sicut in propositionibus absolutis propositio est quadruplex, ita etiam in modalibus; et sicut omnis et aliquis non contradictorie opponuntur, ita etiam necesse et possibile non; et sicut omnis et nullus opponuntur contrarie, ita necesse et impossibile; idemque quod dicitur de reliquis, quod in hac tabula patet.



117 Equipollentia propositionum modalium fit ad instar simplicium, servatis servandis, quae dictae sunt in illa regula per contradictoriae. Sed notetur, quod negatio antepositi, postpositi modo et in dicto. Ut necesse est hominem esse album, fit equivalens suae contradictoriae, scilicet, possibile non est hominem esse album, sic si non necesse est hominem esse album, et sic de reliquis. Pro conversione notetur quod propositiones modales non convertuntur ratione modi, sed modo invariato, ratione dicti, idest, subjecti, observando praedictas regulas de conversione simplicium. Exemplum: necesse est hominem esse album: sic convertitur: necesse est album esse hominem.

Liber 3us Summularum

De pertinentibus ad tertiam intellectus operationem. Distinctio unica de modo sciendi tam in communi quam in particulari. §1us.

Modus sciendi in communi exhibitur exponitur.

118 Modus sciendi est oratio ignoti manifestativa. Ly oratio ponitur ut genus, et ly ignoti manifestativa ut differentia per illa vindicat a propositione, et aliis, quae etsi ignotum manifestant, non tamen illud explicant, seu declarant, sed hoc faciunt narrative, seu enuntiative.

119 Modus sciendi est triplex, adequate in definitionibus, divisionibus, et argumentationibus. Ratio hujus est, quia tria possunt de quolibet objecto ignorari, scilicet, quid sit? quod per definitionem explicatur: quotuplex sit? quod per divisionem: et quas passiones habeat? quod per argumentationem exprimitur, ideo modus sciendi adequate in illis dividitur. Restat de singu-

lis sensus agere: Et 1º de definitione.

§ 2us

Quid et quotuplex sit definitio?

120 Ab Arist. 2º posteriorum cap. 10, sic definitio (quae 1a species modi sciendi) explicat: oratio quidquid est rei significans. Per quam explicationem, secundo communi placitum, sic a nobis exprimitur: Definitio est modus sciendi explicans essentiam rei. Ly modus sciendi ponitur pro genere, per quod definitio convenit cum aliis, quae tales sunt. Ly explicans est differentia, per quam ab illis distinguitur; quia divisio explicat solum partes rei, et argumentatio passiones. Conditiones autem veram definitionis jam in initio hujus operis explicatae manent.

121 Definitio alia est quid nominis, et alia quid rei. 1a est quae solum explicat Ethimologiam alicujus vocis: ut homo qui dicitur ab humo, Deus a dando. 2a est supra posita. Quae dividitur in quidditativam, et descriptivam. 1a quae datur per praedicata essentialia; ut in metaphisica quae datur de homine per animal rationale; et in phisica per suas compositas ex anima, et corpore. 2a est quae datur per proprias passiones; ut homo est animal risibile; et licet possit dari per accidentia, ut homo est albus, tamen haec impropriae est descriptiva.

122 Et denique alia est pure quidditativa, ut supra posita de homine per suas animal rationale, et alia quidditativa per additamentum; et est illa, quae praeter praedicata essentialia habet aliquid extrinsecum, ut definitur quidditative, et quantitative connotatur: sic definitur materia in ordine ad formas corpus in ordine ad animam; sed advertendum debet, quod illud additamentum licet sit extrinsecum definito (tamen) definitioni est intrinsecum, cum per illud constituatur.

123 Quid autem sit definitum scire oportet unde definitio ejus est haec: cujus essentia per definitionem explicatur. Ceterum ut definiri possit, 4 conditiones concurrere debent. 1a, quod sit ens per se unum, id est, quod habeat unam essentiam seu rationem unam, et ideo ens per accidens non potest definiri, quia habet plures essentias. 2a quod res definibilis debet esse universalis; et ideo singularia definiri nequeunt, quia singularia sunt contingentia, quod ad definitionem est inconveniens.

124 3a, quod res definibilis debet constare genere, et differentia, id est, debet esse resolubilis in plura conceptus, quorum unus sit quidditativus, et alius qualificativus aliter enim de illa definitio verificari nequit. 4a denique est, quod definitum debet esse univocum, hoc est, debet habere unam rationem definibilem, in qua omnia inferiora conveniant: unde oritur illud commune proloquium: Equivoca prius sunt dividenda, quam definienda quia aequivoca cum per se non habeant talem rationem, solum possunt definiri definitione quid nominis, non autem quid rei.

§ 3us

Quid, et quotuplex sit divisio?

125 Divisio logica, quae est 2a species modi sciendi, est oratio totum in suas partes distribuens; 1º est modus

[illegible] totis manifestans per distinctionem in partes. Hec, sicut de pr°, similiter dividitur in divisionem nominis, et in divisionem rei. 1a qua totum per suas significationes dividitur, ut hoc equivocum in sua equivocata. Alia est, qua totum in suas partes dividitur.

126 Hec est duplex, actualis scilicet, et potentialis. Actualis est in qua totum dividitur in partes ex quibus actu componitur. Potentialis est in qua totum potentiale (futurale) dividitur in sua inferiora, que potestate continet, ut quando dividitur genus in species, et species in individua. Et de hac divisione redacta divisio generis per differentias, quas aliqui dicunt contineri potentia, licet contineat ipsas ut partes subjectivas.

127 Rursus divisio actualis alia est essentialis, et integralis; alia. Prima in qua totum dividitur in partes, quarum singule sunt de essentia divisi; que partes si sunt physice, divisio est essentialis physica, si metaphysice, divisio erit essentialis metaphysica. Divisio integralis, in qua totum materiale dividitur in partes, que licet non sint de essentia materialis, pertinent tamen ad integritatem ejus. Iste partes alie sunt Homogenee, hoc est, ejusdem rationis, ut partes aque, et alie Heterogenee, seu diverse rationis, ut caput, manus &c. Sed de hoc satis. Alia omittimus apud Autores videnda.

128 In bona divisione sequentes leges assignare solent Autores. 1a quod singula membra dividentia minus adequent divisum; ratio, quia totum est majus sua parte. 2a, quod membra dividentia simul sumpta adequent divisum; quia in toto nihil aliud est, quam omnes partes simul sumpte. 3a, quod membra dividentia debent habere aliquam oppositionem, vel distinctionem, ita ut unum non includat aliud. Et ultima ad divisum participet a membris dividentibus. Hic solent Autores ponere modum acquirendi definitionem, sed quia iste magis usu, quam doctrina acquiritur, ideo illud omittimus et ad argumentationem transimus.

§ 1us

Quid et quotuplex sit argumentatio

129 Argumentatio, 3us modus sciendi specie, est modus sciendi in quo unum ex alio infertur. Primus modus sciendi est genus, quia per illud convenit cum definitione, et divisione; cetere particule sunt differentie, nam solum argumentatio manifestat ignotum illative; et in illa inveniuntur, Antecedens, et Consequens, et Consequentia; qui duo differunt in hoc: quod consequentia est illatio consequentis ex antecedentibus denotata per notam illationis, ut sunt hec: ergo, igitur. Consequentia nunquam est vera, vel falsa; sed solum bona, vel mala, quare nunquam distinguitur, sed solum conceditur, vel negatur.

130 Antecedens est propositio [illegible] in priori ordine in quantum praecedit [illegible] subito: aut vero est ex quo aliud sequitur.

si vultis dicere, quod consequens sit verum, vel falsum, ad materiam argutationis attendere; si autem consequentia sit bona, vel mala ad formam inspicite; quia quod consequentia sit bona, vel mala aliter cognoscere infertur; quod autem consequens sit verum vel falsum ex eo quod partes vere sint, vel non sit in subiecto; quare contingit verum esse consequens, falsum vero consequentiam.

131 Argutatio igitur dividitur in silogismum, entimema, dilema, inductionem, et exemplum. De silogismo postea agemus. De entimemathe jam manet dictum. Dilema est argutatio ex duabus propositionibus disjunctive partium statuti eandem inferens consequentiam: talis est: justus, vel tacet, vel loquitur; si tacet censetur ignarus, si loquitur habitus pro injusto. Ergo loquatur sive taceat, semper murmurabitur.

132 Inductio est argutatio in qua colligitur ex pluribus propositionibus singularibus propositio universalis colligitur; ut hic homo mortalis et iste et ille et cetera. Ergo omnis homo est mortalis. Inductio si procedit ex particularibus ad universalia dicitur ascensus; et e converso; descensus. Exemplum est argutatio in qua unum infertur ex alio propter similitudinem, aut equalitatem rationis inter ipsa reperta: ut Christus pepercit latroni penitenti. Ergo parcet mihi penitenti.

133 Circa autem bonam argutationem aliquae regulae sunt observandae. 1a quod nota tamen verum, et consequentiam falsam. 2a quod ex antecedente necessario consequens necessarium. 3a quod falsum non sequitur nisi de falso; ceterum de falso aliquando verum sequitur. 4a ex antecedente impossibili sequitur quodlibet. 5a quod quidquid repugnat antecedenti etiam consequenti. 6a et ultima, quod necessarium sequitur ex quolibet: ut homo est substantia, quae propositio sequitur ex hac necessaria: homo est vivens; et ex hac impossibili homo est leo; et ex ista contingenti: homo intelligit.

§ 5

Quid sit silogismus declaratur.

134 Silogismus, nobilior species modi sciendi, et potissima argutatio sic ab Aristotele 1° priorum definitur: est argutatio in qua quibusdam positis aliquid ab illis necessario sequitur. Ly argutatio ponitur genus ad alias argutationes; reliquae particulae sunt differentiae, quae sic explicantur: ly quibusdam positis denotat premissas, ex quibus consequentia infertur, ly aliquid ab illis explicat consequentiam procedentem a premissis; et ly necessario sequitur indicat, consequentiam infallibiliter inferri.

135 Utraque necessitas, seu infallibilitas est duplex: alia consequentis et consequentiae alia; 1a attenditur per connectionem, seu habitudinem partium subiecti, quae solum in materia necessaria reperitur. 2a per connectionem consequentiae ad antecedens, quae etiam in materia necessaria reperitur, quia vi formae silogisticae premissis semel concessis, licet falsae sint, cogunt ad assentiendum consequentiam.

136 Cum ergo silogismus sit oratio tota habens proportionalitatem materiae et formae; materia est duplex remota et proxima. 1a ~~[illegible]~~ -

Este renglon no es cosa el porque paso por olvido

Sunt hic ex quibus constant qui sunt 3 scilicet, major extremitas, et est terminus qui praedicatur in majori et in 2a minor extremitas, quae est subjectum in minori, et in 3a et medium quod est terminus qui est subjectum in majori, et praedicatum in minori quod intelligitur in modis perfectis: in imperfectis autem per regulas cognoscitur eorum colocatio. Ulla prima sunt propositiones ex quibus componitur silogismus

137 Forma silogismi est debita dispositio majoris apta ad deducendum; quae est 2plex: alia remota, et proxima alia. 1a est debita dispositio terminorum penes subjectionem et praedicationem, et hoc vocatur figura silogismi. 2a est debita dispositio propositionum in quantitate, et qualitate, appellaturque modus silogismi. Figura silogismi est 3plex, juxta ejus 3plicem modum disponendi extremitates: nam medium collocatur in praemissis, sicut dictum est, et sic est in 1a figura, vel in utraque est praedicatum, et ita est in 2a, aut in utraque est subjectum, et tunc est in 3a figura; et quid hoc carmine exprimitur.

Sub prae 1a; 2a bis prae; 3a bis sub.

138 Ex quibus figuris 1a est nobilior ceteris, quia in ea medium proprie optinet locum [illegible] in participatione utriusque extremi, et in unione eorum in illo. 2a superior est 3a quia in ea medium [illegible] praedicatum. Et 3a his omnibus infima, quia in ea medium est bis subjectum. [illegible] terminus medius in 3a [illegible] parere debet. Extremitates ita disponuntur

139 In 4 modis perfectis major extremitas praedicatur de minori in 3a. in 5 imperfectis figurae minor extremitas praedicatur de majori: et major de minori in reliquis modis. Modus autem quibus dictum est forma proxima silogismi communiter Dialectici in 19 modis partiuntur, in quibus per vocales uniuscujusque denotatur quantitas et qualitas silogismi in qualibet figura facti; qui hisce versiculis patent.

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipton;
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.
Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti
~~Darapti~~, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

140 Horum explicatione observare debemus quod in quolibet modo reperiuntur 3 vocales ex his: A E I O et si in aliquo modo plures reperiuntur, ad nihilum deserviunt. Istae autem denotant quantitatem et qualitatem, quae correspondet cuilibet praemissae, juxta regulam supra positam: Asserit A [illegible].

141 Et ex istis modi distribuuntur per figuras, et ita advertendum est quod 9 priores pertinent ad 1a figuram ex quibus 4 primi directe concludunt quia major extremitas praedicatur de minori in 3a. 5 autem sequentes dicuntur indirecte concludere propter oppositum ratione; 4 sequentes pertinent ad 2a, et 6 ultimi ad 3a figuram. Ut autem haec omnia facilius percipi possint, sequens apponitur tabula.

Pro modis directis 1ᵉ figurae

Bar	Omne risibile est animal	Da	Omne animal est vivens
ba	Omnis Homo est risibilis	ri	Aliquod brutum est animal
ra	Ergo omnis Homo est animal	i	Ergo aliquod brutum est vivens
Ce	Nullus ab est insensibile	Fe	Nullum insensibile est Homo
la	Omnis Homo est animal	ri	Aliquod corpus est insensibile
rent	Ergo nullus Homo est insensibilis	o	Ergo aliquod corpus non est Homo

Fri	Aliqua virtus est honesta
se	Nullum vitium est virtus
so	Ergo aliquod honestum non est vitium

Pro modis 2ae figurae

Ca	Omne vitium est turpe	Fes	Nulla nix est calida
mes	Nulla virtus est turpis	ti	Aliquis ignis est calidus
tres	Ergo nulla virtus est vitium	no	Ergo aliquis ignis est calidus

Pro modis 3ae figurae

§ 6.us

De principiis, quibus syllogismus regitur

142 Sicut in scientiis datur una suprema, a qua ceterae pendent, sic in arte datur aliquod, quod sit tamquam principium, a quo, et ex quo tota specificatio[illegible] ludendi, et inveniendi veritatem oritur; illud autem principium est quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se. In hoc enim principio tota structura syllogismi fundatur, ut advertit S. D. in 1° tit. 2^a^ quaest. 1^a^ n. 47 ubi id illud sic explicat: quod aliqua duo extrema identificantur cum aliquo 3° aut medio, debent etiam inter se identificari ea identitate, qua sunt in 3°. Inde identitas extremorum talis debet esse, qualis fuerit identitas 3^i^; neque unitatem hujus defendit identitas illorum, ita ut medium sit ratio inferendi identitatem extremorum.

143 Ex hoc principio exit aliquid, quod est: dici de omni, et dici de nullo; quod ita intelligitur: quidquid universaliter affirmatur de subjecto absolute supponente, affirmari etiam debet de omni contento sub illo. Sic si affirmatur de omni, quod est substantia, idem dici debet de omni contento sub omni; et si de nullo negatur, quod est lapis, etiam de omni contento sub illo negari debet.

144 Oriuntur autem ex assignatis principiis 5 axiomata regulae generales pro omnibus figuris. 1^a^ est: ex puris negativis nihil sequitur, et est ratio quia conclusio vel est affirmativa, vel negativa; si affirmativa, supponit identitatem totalem extremitatum cum medio. Si negativa, partialem; et cum in praemissis negativis neque unum neque alterum reperiri possit, inde est ut S. Sed advertit quod aliquae propositiones negativae habent negationem occultam, ut haec: lapis est ille [illegible] et alii similes, quae licet videantur affirmativae, tamen negativae sunt.

145 2^a^ est: ex puris particularibus nihil sequitur in forma. Ratio est quia in talibus medium non distribuitur complete, et sic potest supponere pro uno in una praemissa, et pro alio in alia; quo casu non sequitur conclusio ex ly connectionis extremorum cum medio, quod praesupponere requiritur. 3^a^: medium non potest ingredi conclusionem; et est ratio, quia cum ex identitate extremorum cum medio arguatur identitas in ipsis, sola identitas eorum in conclusione reduci debet.

146 4^a^: conclusio semper sequitur debiliorem partem, hoc est, si detur aliqua propositio negativa, vel particularis, conclusio erit particularis, vel negativa, quamvis altera ex praemissis universalis, vel affirmativa sit; negatio enim, et particularitas minus nobiles sunt, quam affirmatio, et universalitas. Ultima denique est: quod servent proprietates medii, et extremorum; et est ratio quia sine servatione syllogismi affectarent 4ta termini, et sic conclusiones essent fallaces, et non causativae scientiae.

§ 7.us de reductione syllogismorum imperfectorum ad perfectos

147 Syllogismi alii sunt perfecti, imperfecti que alii; perfecti sunt, qui fiunt in 4^or^ modis 1^ae^ figurae; dicuntur que perfecti, quia immediate, et directe relucent propter rectam dispositionem extremitatum cum medio. Imperfecti sunt, qui in aliis modis fiunt, dicuntur que tales ex eo, quod ex indirecta positione medii cum extremitatibus in praemissis, et in conclusione non ostenditur evidentia illationis; et ideo ut ostendatur,

requirit illos convertere, seu reducere ad perfectos, quae reductio duplici modo fit: per conversionem, et per impossibile.

448 Reductio per ostensionem fit convertendo, vel transmutando praemissas, aut alterutram earum; ad quod sciendum est, quod sicut quatuor modi perfecti incipiunt ex his litteris: **BCDF**, ita modi imperfecti ipsi incipiunt, per quod denotatur, quemlibet modum imperfectum per ostensionem reduci ad perfectum, qui eadem littera incipit; ut Baralipton ad Barbara, Cesare ad Celarent; Darapti ad Darii; Festino ad Ferio, et sic de reliquis.

449 Etiam quolibet modo imperfecti reperiuntur aliquae ex his litteris **SPMC**, ex quibus **S** denotat propositionem factam in vocali, quam illa antecedit, convertendam esse simpliciter: **P** denotat propositionem in vocali ante factam converti debere per accidens **M** indicat praemissas transmutari; ita ut ex majori fiat minor, et e contra: et **C** exprimit, quod syllogismus factus in modo in quo ipsa reperitur, solum reduci per impossibile, ut evenit in Bocardo, et Baroco: totum hoc his versiculis continetur

Simpliciter verti vult S, P vero per acci
M vult trasponi C per impossibile poni

450 Sed ut conversiones faciles fiant, tres istae regulae, quae illae quae positae sunt ad conversionem propositionum accurate observari debent. Ad claritatis gratia attendite ad hunc syllogismum imperfectum, scilicet, Frisesmorum: aliquis homo est rationalis; nullus lapis est homo: Ergo aliquod rationale non est lapis. Quia modus hujus syllogismi incipit littera **F**, reduci debet ad **F**erio; quia vero habet litteram **SS** praemissae convertuntur simpliciter; et denique quia habet litteram **M** debent transmutari; et sic illum convertes: nullus homo est lapis; aliquod rationale est homo: Ergo aliquod rationale non est lapis.

451 Advertendum tamen, quod in syllogismo facto in Baralipton, qui reducitur ad Barbara, praeter litteram initialem, conclusio non convertitur per accidens, ut petit littera **P**, cum sequitur post ultimam vocalem **Y** quae particularis affirmativa, sed potius reducitur ad universalem, quam servat modus de Barbara ad quem modum convertitur.

Sumus

De reductione silogorum per impossibile.

452 Reductio per impossibile, sic dicta, quia qui negat conclusionem in quo cumque modo imperfecto, tenetur lados contradictorias, aut contrarias concedere, quod est impossibile; quo nota rate in sequentibus versiculis, qui silogi imperfecti ad quales ex perfectis reducuntur, quod apparet in illis explicatur.

Barbara Fapesmo Bocardo Baroco Felaton.
Selarent Dabitis, Disamis Festino Darapti:
Atque Baralipton sive sine duvio reducit.

Dari Ferison Camestres atque Celantes.
Frisesomorum etiam sic reducere curat:
Ferio, Datisi cum Cesare solum requirit.

153 Hoc observato, illi modi qui ad hanc figuram per impossibile sunt reducendi, ita debent disponi: contradictoria conclusionis negate ponitur pro majori, et major pro minori, et infertur contradictoria minoris propositionis, et illa respondens cognita ad modum minoris quam propositio erat. A hac regula excipitur Celantes, in quo minor illius ponitur pro majori, et contradictoria conclusionis negate pro minori, et infertur contradictoria majoris propositionis.

154 In 2a figura major silogismi imperfecti retinetur et contradictoria conclusionis ponitur pro minori et infertur contradictoria majoris propositionis. In 3a figura contradictoria conclusionis ponitur pro majori, minor retinetur, et infertur contradictoria majoris propositionis quam ea antea versiculi indicant. Omitto exempla brevitatis causa, quia usus est melius exemplum; et secus ut incomplete hanc in manuali tractatum hoc mihi ponere placuit; tum quia raro evenit necessitas reducendi modo quilibet distinguendo prout hoc tolit; tum denique quia hoc ad ostentationem magis quam ad utilitatem deservit.

Finis summulis hujus

Finis pro fine hujus summlisticum operis solet ab Autoribus tractari notitia de arte inveniendi medium, et fallaciis quae accidunt silogismo ceterum quia valde accuta est ejus intelligentia supter fugit que intra merere summulisticum, ideo ad alia me remitto, et haec de logica sufficiant: quae cum dicendis cedant in onorem Santissimae Triadis Beatissimae semper que Virginis Mariae absque labe originali conseptae ejusque fidelissimi amantissimi que Sponsi in quorum onore hunc cursum laboro omnium que Sanctorum nec non in laudem nostri Doctoris Subtilis cujus ductu hoc opusculum Die Vigesima tertia mensis novembris Anni Domini Millesimo septuagentesimo sesagesimo septimo

Die sexta Octobris dedi principium summulis. Et die vigesima tertia Novembris quotidie ejusdem anni Domini 1767 dedi finem illis. Haec omnia cedant in laudem Immaculatae Conseptionis, S quae [illegible]

Yn nomine Domini Beatissimæ semperque Virginis Mariæ ejusque Fi-
delissimi Sponsi nostri cursus Patroni incipit logica magna mentis juxta Ar-
tis principia, et ad veriorem mentem nostri Mariani Doctoris Joannis dunsi Scoti
vero metodo disposita per Fratrem Franciscum de Luque Ordinis Seraphi-
ci Patris S. Francisci in supradicto Cenovio artium Lectorem die 24 mensis Sep-
tembris anni Domini 1767.

Preludium.

Cum a miserabili lapsu ad hauitum totius humani generis Parentis
adeo infirma, miseriis que exposita relicta fuisset humana natura ut sine
defectibus ejus facultates fungere non posset: cum precipua, inter omnes, intellectus
hic que sensibus ligatus facile in plures incidere errores nessesarium fuit quando
instituere aliquem qui eum ab his vindicaret et suas dirigeret operationes. Hæc igitur logica
est Philosophia racionalis cujus existentia sentent omnes racionis lumine non orbati; et quam
adeo extolunt, et nessesariam existimant Ecclesiæ Patres, et Rectoricæ, Theologiæ,
Historiæ, Philosophiæ, et Medicinæ, nisi logica preserit, seu debito splendore carere
aserunt: Imo Clemens Alexandrinus lib. 1° Stromatum sic eam extolit: logica
sola manu ducit ad veram sapientiam, et reddit quod est optimum et prestantissimum,
ut recte Thomas amus vir quidem egregius, hæc, inter alios ac invenit, in lucemque edidit
Aristoteles (per antonomasiam Philosophus vocatus) interpretes quo meruit habere Doctores Sle
sui perfectissime philosophia racionalis suum debet splendorem. Ceterum ut tam per utilem (
carissimi Discipuli) justificatis facultatem, nessesarium divinum auxilium, et Ani-
mum studium: cum quibus arduas logicæ magnæ dificultates vincetis, et maxime
si ad Beatissimam Virginem, ejusque fidelissimum Sponsum corda vestra pura
mente dirigatis. Nunc autem, quia in qualibet facultate questiones aliquæ ex-
trari solent supra naturam ejus, qualitatem, conditiones, et objectum reflectentes
quæ proemiales vocant; ideo ab his incipimus, et interim

Pro me orate, et valete &.

Distinctio unica proemialis.

De natura, objecto, et proprietatibus logicae magnae.

1 Sequentibus ex [illegible] scire oportet. An sit, id est, an existat in rerum natura. 2º, quid sit, id est, quam essentiam habeat. 3º, qualis sit, id est, quas passiones habeat. Et 4º, propter quid, id est, ad quem finem ordinetur. Haec omnia communiter de logica inquirunt auctores, ideoque ipsorum vestigia sequendo, ita prosequemur.

Quaestio 1ª

An, et quid, et quotuplex sit logica.

2 Existentia logicae adeo indubitabilis est juxta omnium Peripateticorum placita, ut potius supponatur, quam inquiratur: supponimus ergo dari hanc facultatem ab Aristotele, ut dixi, inter alios inventam, illustratam, et ad certa praecepta reductam. Haec cum Doctore Subtili sic potest definiri: Est facultas addirigens intellectum facilitansque ipsum ad recte definiendum, dividendum, et argumentandum.

3 Logica 1º dividitur in naturalem et artificialem. 1ª est ipsum numen naturae, quo aliquis quantumvis rusticus aliquas potest formare [illegible]. 2ª est facultas logicae naturalis superaddita, dirigens artificialiter intellectum, ut in suis operationibus non erret. Haec communiter dividitur in docentem, et utentem. 1ª est quae tradit praecepta ad artefacta logicalia construenda. 2ª est quae talibus regulis utitur.

4 Itaque dividitur in actualem et habitualem. Docens actualis est actuale exercitium tradendi seu contemplandi regulas. Habitualis est facilitas inclinans intellectum ad tradendas regulas. Logica autem actualis est exercitium ~~[illegible]~~ efficiendi artefacta logicalia juxta regulas logicae. Habitualis est facilitas ad talia artefacta construenda juxta regulas a logica docente traditas. Sed de hoc amplius in quaestione sequenti.

Quaestio 2ª

An habitus logicae docentis, et utentis realiter distinguantur?

§ 1us

Sensus quaestionis declaratur, Doctor ponitur, et probatur.

5 Quia ex probi intelligentia pluries stringit quaestio celeberrima de nomine [illegible]; ideo 1º aperiendum est quid sit hujus celebris quaestionis subjectum. Quantum ad habitum logicae docentis omnibus constat, esse quandam facilitatem adquisitam ex repetitione actuum docendi, seu tradendi regulas logicales: habitus adquisiti sunt facilitates quaedam ex repetitione actuum genitae; dantque, ut potentiae [illegible] facilius operentur, non quia sine habitu non possent operari, sed ut facilius, et cum majori conatu operentur: unde distinguuntur habitus adquisiti ab infusis, quia adquisiti non dant posse operari, sed solum facilitatem; infusi vero fides, spes, &c

duret ut potentia possit ducere actu (vero) fidei & Christi penetrarent ex actibus.

6 Quantum ad loquentem communi opinio Thomistarum, Conglomerans plures ex nostris, ut illustrissimus Ulloa, inferens asserit logicam utentem esse ars alias scientias, quas logica utuntur ad suas conficiendas demonstrationes; quia in argumentis a vera logica docens nequeant nullus usus habitus, quia nemo est qui nesciat, aliarum scientiarum specie a logica distingui. Alij inter quos illustrissimus Palanco dicunt logicam utentem esse ipsam doctrinam logicam in ut opposita, et alijs scientijs, sive ipsis logicis in suis artefactis aplicatam; quae applicatio habitus, quatenus quia nullus negat, logicam docentem eandem esse per actus, ac per passiones ad suum quae distingui per extrinsecam denominationem usitate, sive aplicate, et si ipsa, ut active docente.

7 Sive logica docens sumatur active, sive in nominativo ut alij dicunt, sive passive, in ablativo, semper est entitative eadem, quia nos sumimus in utroque ejus utens, ut intelligendo activa passiva. Ergo habitus logicae utentis quaesitus generatur ex frequenti exercitio definiendi, dividendi, et arguendi sive in materia ipsius logicae, sive aliarum scientiarum; ut notat sapientissimus illustrissimus.

8 De hac logica utente, ita exponitur posita, an distinguatur a facilitate acquisita ex actibus logicae docentis, et quomodo? et nos loquimur de logica docente et utente actualibus, quia sunt esse realiter distinctas, tum quia actus docens potest separari ab utente, quod est simul distinctionis realis; tum denique quia respiciunt diversa objecta formalia, scilicet, actus docens disputabilitas regularum, actus vero utens applicabilitas earum. Isti enim actus duplicitur sumi possunt materialiter, scilicet, et formaliter, quo modo quod habent per demonstrationem; deinde aliqua demonstratione efficiunt; et eadem ratio sit actus utens videtur, quod est posset generari habitus docentis, quin generetur habitus utens; et sic distingui.

9 Hoc puncto controversiae. Circa quod prima sententia asserit hos habitus esse realiter idem, et solum per diversa munera et functiones distinctos. Ita communiter Thomistae, et ex Scholasticis Fonseca, illustrissimus Ulloa, et alij. 2a sententia tenet esse realiter distinctos, hoc non eodem modo, ac nos quaestionem explicant; ita sapientissimus illustrissimus Cataractus Villa Castin et ex Thomistis Magister Fasilo, et si diverso fundamento. 3a sententia affirmat solum distingui formaliter ex natura rei; ita Rodriguez, sed de hac sententia parum curamus.

10 Cum 2a sententia sic nostra dicimus habitus logicae docentis, et utentis in eadem parte logicae sunt realiter distincti. Pro hac dicit Fr. Sotus in 2a quaestione Prologi in solutione ad 2um et 3um; et illustrissimus et alij; sed ibi nec verbum habetur quod nostri dicemus, quia me ex Scholasticis de hac re nihil tetigerit, neque sententia sit vera persuadebit. Dico nostra ratione: in eadem materia logicae, et circa eandem partem dantur actus realiter distincti; sed distinctus sunt realiter

Utrum requiratur tanta distinctio in principiis, quanta in principiatis,

generationi habituum realiter plurium. Ergo &c.

11 Maiorem supra; nam dantur actus docendi regulas per quibus disponendus est syllogismus, et datur applicatio harum regularum, quicquid actus realiter distinguuntur, et pro respicientes diversa obiecta formalia. Probatur minor: hi actus realiter distincti sunt realiter generativi plurium realiter habituum, quando in potentia in qua sunt, adest duplex realis difficultas vincenda per tales actus. Si in potentia in qua sunt praedicti actus, adest duplex realis difficultas vincenda per tales actus: Ergo &c. Maior patet; et minor ostenditur: nam in potentia in qua sunt praedicti actus, scilicet, intellectu adest duplex realis difficultas ad docendum, scilicet, regulas quibus disponendus est syllogismus, et ad applicandas tales regulas, sive ad disponendum syllogismum. Ergo minor infertur.

12 Confirmatur: quia actus definitivus et divisivus, quia habeant diversa obiecta formalia, ex repetitione illorum sequitur iuxta Scotistas diversos realiter generare habitus, ideo quia asserunt, loquendo de multiplici qualitate: Ergo si actus docens et utens habent diversa obiecta formalia &c. Respondent contrarii actus distinctos subordinatos, quales sunt docentes et utentes, non generare diversos habitus, sed unicum. Sed contra: Ergo ex apprehensione, iudicio et discursu unicus generabitur habitus, quia isti sunt distincti et subordinati; sed hoc est absurdum. Ergo et id ex quo sequitur. Et consequentia &c. alia quae plura brevitatis causa omitto.

§ 2us

Argumenta solvuntur

13 Arguitur 1° contra 2^am conclusionem: Si quae sunt realiter loquendo, explicite contrariae: uno modo inquantum est docens, et sic est scientia; alio modo inquantum utimur ea, nec sic est scientia; sed quae per aliquam considerationem seu reduplicationem habent distingui, realiter non distinguuntur. Ergo &c. Confirmatur: particula inquantum est signum distinctionis formalis: Ergo si ex Logica habitus docens et utens distinguuntur, inquantum docens et inquantum utens non distinguuntur realiter.

14 Respondeo distinguendo: loquitur de logica docente passive sumpta, seu applicata, quae est utens, intelligendo actibus passive; et patet ex illis verbis: inquantum utimur ea. Tunc nego maiorem, quod logica inquantum docens est scientia; at vero inquantum utimur ea, in quo sensu sumitur passive, non est scientia; quia sic solum dicit extrinsecam denominationem ab applicatione, quae denominatio scientia non est.

15 Ad confirmationem distinguo antecedens: particula inquantum est signum distinctionis formalis quando cadit supra formalitates eiusdem rei, seu realiter identificatas, concedo; quando cadit supra formalitates diversarum rerum, seu realiter distinctas, nego; ut patet in hoc exemplo: homo inquantum animal, et inquantum rationale, distinguuntur in hoc: animal inquantum

rationis, inquantum irrationale

16 [illegible] implicat [illegible] habitum scientificum docentem et habere difficultatem ad utendum [illegible] Quia habitus docens scientifice acquisitus requirit facilitatem ad utendum [illegible] figurae, [illegible] habitus [illegible] implicat habere [illegible] per demonstrationem acquisitum, et habere difficultatem ad usum [illegible] habere habitum [illegible] scientificum [illegible] habere [illegible] demonstratione [illegible] ergo [illegible] majori: habere habitum per demonstrationem acquisitum est habere habitum ex [illegible] demonstrandi: ergo implicat habere habitum ex frequenti usu demonstrandi [illegible] genitum, et habere difficultatem ad usum demonstrandi. Cum &c.

17 Hoc argumentum tangit totam quaestionis difficultatem ad illud respondet negando majorem ad cujus probationem [illegible] distinguendum est: implicat habere habitum per demonstrationem acquisitum, et habere difficultatem ad usum demonstrandi usu, et doctrinae debite praeparatis omitto; indebite praeparatis nego majorem: et ita sunt [illegible] explicanda, est [illegible]

18 Explicatur solutio: usus, et doctrina possunt inveniri, vel indebite praeparati, vel debite praeparati. Tunc debite praeparati inveniuntur, quando usus est circa unum partem, et modum, et doctrina in alio; ut in hoc silogo: Omnis silogus in 3º modo 1ae figurae concludit necessario omnis silogus in Darii est in 3º modo 1ae figurae: Ergo omnis silogus in Darii concludit necessario: nempe usus est circa Barbara et doctrina in Darii: et sic posito habitu docente scientifico, stat adhuc difficultas ad usum correspondentem; nam licet per repetitionem praedicti silogi reddatur intus facilis ad usum in Barbara, minime in Darii, circa quod est doctrina.

19 Tunc sunt debite praeparati, quando usus et doctrina circa eundem modum laborant. Ut in hoc silogo: Omnis silogus in Barbara, 1º modo 1ae figurae constare debet ex praemissis certis, et evidentibus; sed omnis silogus in Barbara, est in 1º modo 1ae figurae: Ergo omnis silogus in Barbara constare debet ex praemissis certis, et evidentibus. Hic usus et doctrina debite praeparantur, quia doctrina est circa Barbaram et etiam usus

20 Similiter habitus docens, et utens scientifice generati ex repetitione illius demonstrationis, [illegible] simul actualem usum quantum ad usus efficientiam, et actualem doctrinam, quantum ad [illegible] expressimus [illegible] illae ex praemissis sunt debite praeparati, et in hoc sensu implicat habere habitum docentem scientificum per demonstrationem acquisitum, et habere difficultatem ad usum demonstrandi. Contra hoc [illegible] quia habitus docens sit ipse habitus utens

sed quia habent specialem functionem.

21 Cum enim habitus docens scientificus necessario adquiratur per demonstrationem seu ex repetitione actuum demonstrandi, et in demonstratione inveniatur simul doctrina actualis, et usus regularum; sicut repetendo doctrinam, seu actus docendi generatur habitus docens scientificus, ita repetendo usum, seu applicationem regularum generatur habitus utens simul, non simultate identitatis, sed functionis (neque enim satis probat, talis debita separatio accidentalis est, quatenus ut patet in syllogo non semper servatur. Hoc patet in materia, et forma, quae licet se habeant inseparabiliter, seu simul simul tale comitanter, seu functionis in ordine ad causandum totum, seu compositum; nihilominus inter se realiter distinguuntur

22 Arguitur 3°. Non sunt multiplicandi habitus quando unus est sufficiens; sed ad tradendas regulas, et ad illas faciliter utendas, seu applicandas sufficit unicus habitus. Ergo etc. Major est certa tum quia non sunt multiplicandae entitates sine necessitate, tum quia [illegible], quia frustra fiunt per plura, quae fieri possunt per pauciora; quae omnia sunt receptissima axiomata. Minor: habitus dantur ad vincendas difficultates; sed per unicum habitum vincitur difficultas in tradendo regulas, et illis utendo: Ergo etc.

23 Illustrissimus Palanco sic probat minorem: per unicum habitum vincitur difficultas in tradendo regulas; sed vincta hac difficultate, nulla est difficultas ad utendum illis: Ergo etc. probat minorem: posito quod aliquis optime sciat regulas demonstrandi, nullum spedit difficultatem in eliciendo orationem formam dictis regulis quia tota difficultas pendet ex ignorantia illarum: Ergo etc. Deinde: posita in intellectu Pictoris sufficienti instructione omnium colorum quibus est pingendum, si facilis ad [illegible] quomodo aliqua imago pingenda sit, facilis est ad illam intellectualiter pingendum: Ergo similiter etc.

24 Respondetur concessa majori negando minorem, et minorem probationis, ad ejus probationem etiam negatur minor, et antecedens probationis, et etiam subsequens; licet enim aliquis perfecte sciat regulas ad demonstrandum, tamen cum non habeat essentialiter applicandi illas, habeat quoque potentiam in essentialitate [illegible], habet adhuc difficultatem ad eliciendum demonstrationem.

25 Non negamus intellectum cum sola logica docente posse demonstrationem elicere; dicimus ergo hoc facere difficulter donec adquirat habitum, ex ipso usu applicandi regulas, ex quo habitu pendet facilitas applicandi illas. Ibi idem venit in Pictore: quamvis enim intus sit instructus sit colorum, et regularum quibus pingenda est imago, adhuc

posit difficultatem ad illum intuendum ponendamque quae difficultas vincitur per actus ponendi in realitate imaginem, seu applicandi in realitate tales regulas.

26 Arguitur 3o posita

facilitate circa res in communi ponitur facilitas circa res in particulari; sed posito habitu docente ponitur facilitas ad arguendum in communi; Ergo et ad arguendum in particulari, et consequenter superfluit habitus utens. Confirmatur 1o qui habet habitum docentem facilius efficit quemlibet actum quam qui illo caret: Ergo per habitum docentem facilitatur ad usum. 2o posito habitu docente in Tironibus eliciunt aliquos actus; sed hoc non est in illis habitus utens. Ergo etc. 3o Discipulus tantum procedens in constructione syllogismi, quo sine posita proficit ex explicatione Magistri: Ergo quia per talem datam vincitur difficultas ad applicandas regulas et consequenter etc.

27 Ad argumentum nego majorem.

Experientia constat quod ... sciunt uxores esse diligendas juxta illud Pauli: Viri diligite uxores, et tamen dubitat de hoc numero uxorem esse directione dignam de illa, scilicet quae mandata Dei non servat. Quod ad summum probat argumentum, non esse necessarium aliud habitum docentem, quod non negamus. Ad 1 confirmationem distinguo antecedens: facilius elicit facilitate directiva, concedo; elicitiva nego. Facilitas directiva est facilitas in cognitione regularum, elicitiva vero in applicatione earum. Ad 2 confirmationem dico, quod posito habitu docente in Tironibus eliciunt aliquos hos actus absque habitu utente, sed non facilitate, sed difficulter.

28 Ad 3 distinguo antecedens: si experit explicatione Magistri, tam directiva, quam practica concedo; tantum directiva nego, et subdistinguo: ad dirigendum, concedo; ad exequendum, nego antecedens, et consequentiam. Explicatur: quando Magister explicat Discipulo modum conficiendi syllogismum, experimur, quod non solum tradit et docet regulas, sed illas applicat ponendo exemplum et Discipulus idem in realitate facit, unde acquirit habitum tam docentem quam utentem, quibus redditur facilis ad dirigendum et exequendum. Si vero Magister solum explicuit tradendo regulas, solum ad dirigendum Discipulus redditur facilis.

29 Arguitur 5o:

Ut aliquis vere faciat syllogismum in materia aliarum scientiarum v.g. in physica, nullo alio indiget habitu nisi logicae docentis ut directive et physicae ut elicitive: Ergo nec in materia logicae requiritur habitus utens distinctus a docente. Respondeo quod ubique non requiritur alius habitus ad vere faciendum syllogismum, sed ad faciendum facile et prompte requiritur habitus utens:

30 Forma in illa artificiosa seu usus regularum non post praemissae effective ab habitu docente qui tantum concurrit directive, nec ab habitu physicae, quia ille usus est extra essentiam objecti physici. Atque in illo casu 3 experimur

habitus in intus respu illius silogi. 1. habitus logi docentis. Ratione directive, 2. habitus logi utentis directive quantum ad formam artificiosam; et habitus phisici quantum ad materiam directive.

Questio 3a

Utrum logica sit scientia, vel ars ?

§ 1us

Quid sit scientia, et ars explicatur, et questio resolbitur

31 Ales 6 ethicorum se ponerunt notitias intualis tradidit, scilicet, intelligentiam, sapientiam, scientiam, prudentiam, opinionem, et artem. Intelligentia, quæ etiam intus dicitur, est notitia primorum principiorum absque discursu. Ut hæc notitio: totum est majus sua parte. Sapientia est notitia rerum per altissimas causas, talis est methaphisica, et theologia. Scientia est notitia certa, et evidens obti necessarii per demostrationem adquisita. Prudentia est notitia regulativa humanorum actuum ingenerare moris, ut vere, et laudabilitis fiant. Opinio est asensus intus ad unam partem cum formidine alterius. Ars est habitus recta cum ratione factibilium.

32 In præsenti scientiam, et artem, explicare oportet: Quare definitio scientiæ sic declaratur. Lo notitia est genus quia per illud nomini notitia convenit per particulam certa distinguitur scientia ab opinione, per particulam evidens, distinguitur a fide quæ licet certa, tamen obscura est; Per particulam obti necessarii, distinguitur ab arte, et prudentia, quæ non sirca necessaria, et unalia, sed sirca contingentia et singularia versatur, et per demostrationem adquisita, denotat, quod scientia debet causari ex præmissis certis, et evidentibus; per quod excluditur a ratione scientiæ quidquid per demostrationem non adquiritur ut notitia primorum principiorum.

33 Scientia alia est actualis, habitualis que alia. Actualis est notitia actualis certa, et evidens &c. Habitualis est notitia habitualis certa &c. Definitio artis supra tradita, sic explicatur, lo habitus est genus, quia per illum partibus convenit tamen cum omnibus habitibus. Recta ratione factibilium, explicatur quod ars debet regulare potentiam, per quam exacte ad aliquod opus artificiose efficiendum. Ars dividitur in liberales, et mecanicas. Liberalis est, quæ exercetur per potentias animi universas. Mecanica vero per facultates corporis, et (artes) liberalis in sequenti 1° versiculo continentur, mecanicæ in 2°.

~~Lingua, Tropus, Ros, [illegible]~~

ars Lingua, Tropus, Ros, Numerus, Sonus, Angulus, Astra
ars Rus, Nemus, Arma, Rates, Bulnera, Lana, Faber ars

34 Ius versiculus ita explicatur: Lingua significat Gramaticam; Tropus Retoricam; Ros logicam (in ti lige utentem) Numerus Aritmeticam; Sonus Musicam; Angulus Geometriam.

Astra et Astrologiae — Qui versus hoc modo: Rus significat Agriculturam; Nemus Venatoriam; Arma Militiam; Rates Nauticam; Vulnera Chirurgiam; Lana Textoriam; Faber quaecumque alia fabricabilia ut ferrariam.

35 Supposita divisione logicae docentis, et utentis, sic Dico: Logica docens est scientia quoad omnes suas partes, utens vero non liberalis. Haec Dico communis est in Scholis, eamque docet Scotus quaest. 1a et 3a universalium, et Angelicus Praeceptor Philosophiae. Probatur 1a pars ratione: scientia est notitia certa, et evidens objecti necessarii per demonstrationem acquisita; sed in logica sunt multae notitiae certae, et evidentes objecti necessarii per demonstrationem acquisitae: ergo nihil deficit logicae docenti ut sit scientia.

36 Minor probatur: logica tradit notitiam certam, et evidentem hujus veritatis necessarii: demonstratio generat scientiam, quae notitia est causata per hanc demonstrationem: syllogismus procedens ex praemissis certis, et evidentibus generat scientiam; sed talis est demonstratio: ergo generat scientiam. Et similiter habet notitiam certam, et evidentem syllogismum topicum generare opinionem, et sophisticum errorem. Patet in hac demonstratione: syllogismus procedens ex probabilibus, seu opinabilibus generat opinionem, et procedens ex falsis generat errorem; sed syllogismus topicus procedit ex opinabilibus et sophisticus ex falsis; ergo illi generant opinionem, et iste errorem, idemque de aliis partibus logicae exemplificari potest.

37 Probatur 2a pars Dico: scientia versatur circa universalia, non circa particularia; sed logica utens versatur circa particularia, quia proprius actus ejus est constructio hujus, vel illius syllogismi in hac, vel illa materia: ergo non est scientia. Non mechanica, quia versatur per potentiam animae liberam: ergo liberalis. Probatur hoc Dico: ars liberalis est habitus cum recta ratione factibilium; sed logica utens efficit simul cum intuitu instrumenta sciendi juxta regulas logicae docentis: ergo. Probatur minor: logica utens vel est actualis constructio, vel habitus ex quo constructionis definitionum, divisionum, et syllogismorum; sed hoc est efficere simul cum intuitu instrumenta sciendi juxta regulas logicae: ergo Dico et sequentia.

§ 2us

Argumenta solvuntur.

38 Arguitur 1o ex Philosopho 2o metaphysicae cap. 2o ubi ita ait: absurdum est simul quaerere scientiam et modum sciendi; sed logica est modus sciendi: ergo. 2o modus alicujus rei non est ipsa res; sed logica est modus sciendi: ergo non est scientia. 3o Aristoteles 6o metaphysicae enumerat scientias; sed de logica non facit mentionem: ergo. 4o Scientia est aeternorum, et incorruptibilium; sed logica agit

de suo obiecto, quod neque est aeternum, nec incorruptibile: Ergo &c.

39 Respondeo ad 1m exponendo Phys. absurdum est simul quaerere scientiam, distinguo de logica, et modum sciendi: Concedo; scientiam, quae est logica, nego. Sensus vero Aristotelis est, quod alias scientias debent addiscere simul cum logica, quia cum haec sit janua ad alias scientias et doceat modum sciendi, in illis prius omnibus debet adquiri. vel explicatur aliter: absurdum est simul quaerere scientiam, et modum sciendi obiectivum concedo; directivum (nego). Modus sciendi directivus est logica, modus vero sciendi obiectivus est obiectum logicae, quod non est scientia, sed obiectum scientiae.

40 Ad 2um distinguo sequens: Ergo logica non est scientia, cujus est modus, concedo; non est alia scientia, nego. Tantum ergo sequitur quod logica non est omnis alia scientia, cum sit modus sciendi alias scientias, sed non sequitur ipsam non esse scientiam. Ad 3um respondeo, quod ex auctoritate negativa nihil sequitur, neque valet: Aristoteles hoc non dixit, ergo hoc non est. Vel dico ex Scoto sit... : Aristoteles ibi solum enumerasset scientias reales principales unde non fecit mentionem logicae quia non est scientia realis rigorose, et absolute.

41 Ad 4um distinguo majorem, scientia est aeternorum, et incorruptibilium necessitate incomplexa, seu quantum ad existentiam nego; necessitate complexa, seu quantum ad essentiam, et veritatem, concedo; Explicatur ex Scoto 1 sent. in prologo distinctione 3a quaest. 4a necessitas seu incorruptibilitas est duplex: alia incomplexa, seu quantum ad existentiam, quae soli Deo convenit; alia est complexa, quae convenit essentiis rerum, propter quam verificantur propositiones aeternae veritatis, hoc est, 1mo est rationalis, syllogismus est instrumentum logicae. Ad obiectum scientiae sufficit necessitas complexa, alias nulla scientia daretur praeter Theologiam.

42 Arguitur 5o Scientia adquiritur per demonstrationem; sed logica per demonstrationem non adquiritur, ergo non est scientia. Probatur minor: ante logicam non datur demonstratio: Ergo &c. Probatur antecedens: ante illam facultatem, quae docet demonstrare, non datur demonstratio; sed logica docet demonstrare: Ergo &c. Respondeo distinguendo majorem: scientia adquiritur per demonstrationem naturalem vel artificialem concedo; artificialem praecise, nego majorem; et cum hac distinctione reliqua dissolvuntur.

43 Arguitur 6o Scientia debet procedere ex praemissis certis, et evidentibus; sed in syllogismo Topico, et Sophistico logica docens procedit ex probabilibus, et falsis: Ergo logica docens saltem in parte topica et Sophistica non est scientia. Confirmatur: in logica datur aliqua notitia probabilis: Ergo non est scientia. Respondeo negando minorem; quia aliud est syllogismum topicum procedere ex probabilibus; et aliud logicam docentem quomodo faciendus est syllogismus Topicus procedere ex probabilibus

loga enim sive doceat facere silogos demostrativos, sive topicos, sive sophisticos semper procedit demostrative ex premissis certis, et evidentibus; quia atque certus est et evidens, silogismus demostrativus generare scientiam, sicut topicus generare opinionem, et sophisticus errorem.

14 Ad affirmationem negat Doctor, quia siquidem aliquid probat nulla daretur scientia cum omnis scientia habeat plures conclusiones probabiles seu opinativas. Sufficit ergo ad rationem scientiae, quod principales conclusiones ejus sint scientificae, id est, certae et evidentes per demostrationem adquisitae, quales sunt obiectum in probatione Doctoris.

15 Arguit denique ex illustrissimo Palamo loga utens in parte demostrativa est quaedam ubi regulis demostrandi; sed loga inquantum uti regulis demostrandi est scientia. Ergo. Probat minorem; loga utens regulis demostrandi est loga demostrans; sed loga demostrans est scientia: Ergo. Minor, inquit, est certissima, quia nihil aliud est scire, nisi demostrare. Major est certa, nam uti regulis aedificandi nihil aliud est quam aedificare; et uti regulis scribendi, quam scribere.

16 Respondeo praedictum argumentum magna equivocatione laborare ad illam tolendam, notate, quod demostratio duo dicit, doctrinam, scilicet, et usum talis doctrinae, vel post sumiin praemissis, hinc Doctor 1° modo non est scientia, sed causa scientiae. 2° modo est scientia, quia est notitia causata per demostrationem. Demostratio inquantum dicit usum, seu applicationem regularum, neque est scientia nec causa scientiae quia sic praecise dicit dispositionem artificiosam, quae ad suum exit (ru) titio ad adquirendam scientiam.

17 Hoc notato respondeo ad argumentum distinguo majorem; nego minorem; ad probationem permissa majori distinguo minorem loga demostrans inquantum praecise dicit formam artificiosam est scientia; nego; inquantum dicit doctrinam in demostratione traditam, subdistinguo: prout habetur in praemissis, nego; prout habetur in conclusione demostrationis, concedo. Ad reliquum respondeo, quod scire non dicit exercitium regularum ad sciendum, sed potius doctrinam stanti exercitio habitam. Uti autem regulis aedificandi, est aedificare, et scribendi, est scribere, quia scribere, et aedificare non dicunt doctrinam, sed praecise usum, seu exercitium.

Questio 1a
An loga sit scientia practica, vel, speculativa.

S 1us abhis quibus suppositis Doctor ponit, et probat

48 Cum praxis, et speculationis notitia sit omnino necessaria ad cognoscendum quaestionem scientia practica, vel speculativa sit, antequam quaestionem resolvamus, quid sit praxis, et speculatio, explicare oportet. Speculatio sic dicitur a verbo Graeco Schopheo, quod latine idem est ac Video, seu Contemplo; sic vero definiri potest, est actus intus contemplans veritatem.

49 De ~~[illegible]~~ prae

sis vero est major dissentio inter Auctores, licet omnes fateantur, sic dici a verbo Graeco Prato, quod latine, idem est, ac ago, seu operor: quia tamen omnis actio, seu operatio est Praxis, quia hec speculatio praxis esset quia est quaedam operatio, ideo in assignanda actione, seu opere quae sit praxis, prout distinguitur ab speculatione magna est inter Auctores controversia.

50 D. V. S.

quaest. 4a prologi Sententiarum ad istas quaestiones, sic praxis definitur: Est actus alterius potentiae quam intellectus naturaliter posterior intellectione natus elici conformiter rationi rectae ad hoc ut sit actus rectus. In hac definitione 3 inveniuntur conditiones ad praxim rigorosam. 1a est quod Praxis debet esse actus alterius potentiae ab intellectu. 2a quod tanquam mensuram, et regulam supponat intellectionem: et 3a quod sit actus natus elici conformiter rectae rationi: Ex quo colligitur (quod etiam intulit Scholar sitatus) Praxim debere esse actum voluntatis eliciti vel imperati

51 Sed advertendum debet, aliud

esse actum practicum et aliud esse praxim. Praxis est ille actus, cui conveniunt conditiones contentae in definitione Praxis. Actus practicus est dirigit et regulat praxim. Ex quo sequitur, quod licet actus intellectus non sint praxes, sunt tamen actus practici, quod extendantur ad regulandam praxim

52 In hac

difficultate 3plex reperitur Sententia. 1a docet logicam esse simul practicam, et speculativam; ita Rubius, Hurtado, et alii. 2a docet, esse simpliciter practicam, ita Ponzecus, et Arriaga Rinaldo, et aliique plures. 3a sententia quam tenent omnes Thomistae, et Scotistae affirmant logicam esse simpliciter speculativam. Haec est nostra conclusio: quam docet Noster Subtilis Doctor quaest. 4a prologi et 6o metaphisicae ita dicente. Actus in quo dirigit logica non est nisi speculatio ideo logica proprie non est practica

53 Ex qua auctoritate sic formatur ratio: Scientia speculativa est

illa, quae non dirigit Praxim sed logica non dirigit Praxim ergo et probatur minor, logica dirigit actus intus, sed actus intus non sunt praxes: ergo et confirmatur: scientia cujus finis et scopus est contemplatio non est practica sed simpliciter speculativa, sed talis finis logicae, ut clare constat ex electione speculationis. Probatur minor tum finis alicujus facultatis, est contemplatio quod finis ejus est scire, ut sciamus, non vero ut ope-

rectum; sed talis est finis logicae: Ergo &c.

54 Major patet ex Philosopho 2 metaphisicae textu 3° dicente speculativae enim finis veritas, practicae autem opus quod sic commentator exponit, Per speculativas scimus, ut sciamus. Per practicas vero scientias sumus ut operemur. Minor constat nam finis logicae est, teste nostro philosopho, directionem artis factivae non ut operemur recte ingenere moris, sed ut recte sciamus regulas ingenere artis: Ergo finis logicae est scire ut sciamus, et consequenter &c.

§ 2us

Argumenta solbuntur

55 Arguitur 1°: idem intellectus potest esse simul practicus, et speculativus: Ergo similiter logica. Consequentia: ratio vegetativi, et sensitivi sunt differentiae dividentes rationem communem viventis, sed reperiuntur simul in homine: Ergo licet practicus, et speculativus sint differentiae dividentes rationem scientiae, possunt simul reperiri in eadem scientia, et consequenter &c. Confirmatur 1°: affectissima, est simul practica, et speculativa: Ergo &c.

56 Respondetur ad argumentum negando consequentiam. Ratio disparitatis est, quia practicus, et speculativus respectu intellectus sunt differentiae accidentales quia conveniunt intellectui mediis actibus; at vero respectu scientiae sunt differentiae essentiales. Sed dices contra: licet practicus, et speculativus respectu intellectus sint differentiae accidentales, et respectu scientiae sint differentiae essentiales tamen eodem modo repugnant respectu intellectus, ac respectu scientiae: Ergo si idem intellectus potest esse simul practicus, et speculativus, etiam eadem scientia; si non potest eadem scientia nec idem intellectus.

57 Probatur ex Doctore Subtili in 3° quaest 4a § 1a ubi ita ait: sicut nullus idem color potest esse albedo, et nigredo simul, sic nec idem corpus potest esse simul album et nigrum, quia quae formaliter pugnant simul, in quolibet repugnabunt esse simul; sed albedo, et nigredo respectu coloris sunt differentiae essentiales, et respectu corporis sunt differentiae accidentales: Ergo sicut duae formae essentiales respectu ejusdem repugnant, ita &c.

58 Confirmatur: ex Doctore Subtili quae ex se formaliter opponuntur, in quocumque opponuntur, sed practicus et speculativus in intellectu non opponuntur Ergo ex se formaliter non sunt differentiae oppositae, et possunt reperiri in eadem scientia. = Respondetur ad replicam negando antecedens ad probationem contra auctoritatem Scoti; distinguo minorem. Sed albedo et nigredo respectu corporis sunt differentiae accidentales immediatae, et adequatae, concedo; mediate, et inadequatae, nego minorem, et consequentiam

59 Disparitas est, quod albedo, et nigredo immediatè, et adequatè conveniunt corpori; quare idem corpus non potest esse simul album, et nigrum; at practicus, et speculativus conveniunt intellectui mediantibus ejus actibus, quia intellectus est practicus, vel speculativus in quantum elicit actum practicum, vel speculativum; cum autem quilibet actus intellectus sit inadequatus respectu intellectus qui est potentia universalis, et illimitata, inde est, quod idem intellectus secundum diversos actus potest esse simul practicus, et speculativus, non vero eadem scientia: per quod patet ad ejus confirmationem.

60 Ad confirmationem argumenti distinguitur major: rationes vegetativi, et sensitivi sunt differentiae subordinatae, concedo; sunt differentiae disparatae, et oppositae, nego majorem. Sed sunt differentiae practici et speculativi respectu scientiae; differentiae vero vegetativi, et sensitivi sunt adinvicem subordinatae in viventibus, ideoque in illis conjungi possunt. Ad 2am confirmationem negatur; quia medicina est practica, non vero simul practica, et speculativa.

61 Arguitur 2o illa est scientia practica, quae dirigit opus; sed logica dirigit opus: ergo &c. Probatur minor: logica dirigit confectionem artefacti logici: ergo &c. Confirmatur: scientia quae habet pro obiecto res operabiles est practica; sed logica habet pro obiecto res operabiles, nempe syllogismum, et alios modos sciendi: ergo &c. Confirmatur 2o ex Arist. 2o metaphysicorum: speculativae finis veritas, practicae vero opus; sed finis logicae est opus seu instrumentum sciendi: ergo est practica.

62 Respondeo ad argumentum negando majorem, vel illam distinguendo claritatis gratia: illa est scientia practica, quae dirigit opus, si tale opus sit praxis, concedo; si sit speculatio, nego; et in versis terminis distinguitur minor, et ad confirmationem eodem modo respondetur; sic etiam exponitur auctoritas Phi. Cum enim omne opus non sit praxis, ita non omnis scientia quae dirigit opus est practica, sed solum illa quae dirigit opus, quod sit praxis. Logica autem etsi dirigat opus intellectus, eius tamen non sint praxes, sed speculationes, est simpliciter speculativa.

63 Potest autem dici aliquid esse improprie practica, ut ait D. N. S. loco citato metaphisicae per haec verba: ad hoc argumentum de logica, posset dici quod logica est practica, quia non stante propter scientiam propriè, sed propter scientiam directivam in aliquo actu; quia enim intellectus in actu proprio discursivo possit errare, indiget habitu directivo: ideo logica posset dici practica extendendo nomen, quia tamen iste actus in quo dirigit non est nisi speculatio, ideo logica propriè non est practica.

64.

Arguitur denique

scientia speculativa e nobilior scientijs practicis; sed loga non e nobilior scientijs practicis, quia e ministra illarum: Ergo &c. Confirmat ex Arist. 1° metaphisicae Cap. 2° scientia speculativa, e gratia sui, seu propter se; sed loga non e gratia sui, seu propter se, quia ordinatur ad alias scientias acquirendas Ergo &c. Respondeo distinguendo majorem; scientia speculativa realis et principalis concedo; rationalis, et ministralis, qualis e loga, nego. Ad confirmationem eadem distintione majorem distinguo, et aliter distinguo minorem: loga non e propter se ex fine extrinseco, et remoto, qualis e deservire ut ministra alijs scientijs, concedo; ex fine intrinseco, qualis e ejus formale obiectum, nego; et ab hoc fine desumitur in scientijs ratio practici, et speculativi.

Questio 5ª

Anloga sit una simplex, vel composita qualitas § 1us Sententia Scoti exstatuitur et probatur.

65 Cum loga sit facultas definiendi, dividendi et arguendi quaeritur quomodo unus, et idem habitus faciliter inclinet ad definiendum, dividendum et arguendum? vel potius alius habitus requiratur ad definiendum, alius ad dividendum, et ad arguendum alius, ita ut habitus definitivus, divisivus, et argutativus, sint realiter specifice distincti?

66 Procedit Ergo difficultas de loga habituali quia fere omnes admittunt, actus definiendi, dividendi, et arguendi esse realiter specifice distinctos. Et hinc procedit de unitate integrali, non vero de unitate metaphisica, et specifica aliarum scientiarum, quia omnibus constat, logam habere suum genus per quod cum alijs scientijs convenit, et suam differentiam, per quam ab illis distinguitur. Unde sensus e, an loga sit unus habitus totalis compositus ex pluribus habitibus specie indistinctis, vel ex pluribus habitibus specifice diversis?

67 Circa quam difficultatem duplex versatur ex diametro opposita sententia. 1ª asserit logam esse simplicem qualitatem, seu habitum tam genere, quam specie. Haec e D. Thomae, quam sequuntur omnes ejus Discipuli. 2ª sententia huic opposita substinet: logam esse multiplicem qualitatem, ita ut tot sint habitus specie distincti, quot sunt actus specifice distincti in ipsa acquisibiles. Haec e nostra Doctoris, quam tenet D. S. pluribus in locis, praecipue tom. 6° metaphisicae quaest. 1ª N. 4° et in miscellaneis quaest. 7ª, cui sequuntur omnes Scotistae, et alij quam plures ex Thomistis.

68 Probatur

ratione efficacissima ex principijs D. S.: habitus generantur ex actibus: Ergo actus specie differentes causabunt habitus differentes specie, at qui actus definitionis verbi gratia e specie distinctus ab actu divisionis: Ergo in loga habitus definitionis, et divisionis sunt specie distincti. Sequela probatur

D. Thoma 1a secundae quaest. 62 articulo 3o dicente: respondeo dicendum quod similes actus, similes habitus causant, ut dicitur 2o ethicorum: Ergo actus circa definitionem non producunt habitum circa argumentationem.

69 Firmatur ratio: habitus proveniens ex repetitione actuum circa definitionem nequit facilitare potentiam ad producendos actus circa argumentationem. Ergo necessario debet poni alius habitus, qui genitus sit ex repetitione actuum circa argumentationem, ut potentia sit facilis ad producendos actus circa argumentationem. Probatur: habitus solum potest facilitare potentiam ad producendos actus similes illis, ex quibus fuit genitus, et qui sint semen ejus; sed actus circa argumentationem non sunt similes illis ex quibus fuit genitus habitus circa definitionem, nec semen ejus: Ergo etc. et consequens etc.

70 Respondent thomistae, quod actus definitionis, divisionis etc. conveniunt in ratione modi sciendi, et consequenter licet specie differant, producunt unum habitum, quia habitus non facilitat ad actus definitionis etc. inquantum differunt, sed inquantum conveniunt. — Sed contra: actus specie diversi multiplicati non solum generant facilitatem circa rationem communem in qua conveniunt, sed etiam circa rationem particularem, in qua differunt. Ergo ruit solutio: Probatur: actus repetiti generant facilitatem circa id, in quo erat difficultas; sed non solum erat difficultas circa rationem communem, sed etiam circa rationem particularem: Ergo etc.

71 Probatur 2o nostra conclusio alia ratione doctoris: scientia, ut habens post se [illegible] posteriorem est habitus conclusionis; ergo alterius conclusionis scientificae est alius habitus scientificus. Conclusio sic probatur: scientiae dividuntur per scibilia, sicut habitus per obiecta; sed diversae conclusiones specifice distinctae sunt diversa scibilia specifice distincta: Ergo ubi sunt diversae conclusiones specie, sunt diversi habitus scientifici; sed in logica sunt diversae conclusiones specie: Ergo diversi habitus scientifici.

72 Firmatur: demonstratio est silogismus faciens scire: ergo distinctae demonstrationes in specie causabunt scientias specie diversas; sed in logica sunt diversae demonstrationes specie. Ergo in logica sunt plures habitus specie scientifici; et consequens etc. — Ad has rationes respondent thomistae in logica (sicut in qualibet alia scientia) non esse plures conclusiones sicut scibiles sub diversa ratione formali, nam sub eadem ratione formali attingit definitionem, etc., quia habent unum specificativum formale, nempe rationem communem modi sciendi, ideo quia omnes conclusiones tantum dicunt unam rationem formalem scibilitatis, licet materialiter distinguantur, et consequenter

generant unicum habitum qui ad omnes se extendit.

73 Sed Dices: diversae conclusiones logicae habent diversas rationes formales scibilitatis: Ergo ruit solutio. Probatur: ratio formalis scibilitatis nihil aliud est quam cognoscibilitas per demonstrationem; sed diversae conclusiones logicae sunt cognoscibiles per demonstrationem, inquantum diversae: Ergo &c. Probatur minor: definitio potest cognosci demonstrative, inquantum dicit proprietates, quae non conveniunt divisioni; sed definitio inquantum ei conveniunt proprietates, quae non conveniunt divisioni est diversa a divisione: Ergo &c. minor patet; quia definitio ut talis dicit propriam rationem specificam. Maior probatur: definitio potest demonstrative cognosci, ut oratio explicans essentiam rei per genus et differentiam. Sed sic dicit proprietates, quae divisioni non convenit: Ergo &c.

74 Nego maiorem: ratio haec: quando demonstrantur proprie passiones specificae, ratio formalis motiva ad assentiendum illis specifice non est ratio communis generica. Ergo quando in logica demonstrantur propriae passiones specificae definitionis, ratio formalis motiva ad assentiendum scientifice non est ratio communis modi sciendi. Antecedens quod est Thomistis evidenter convincit: ratio movens ad assentiendum scientifice est ratio radicans, et fundans passiones demonstratas; sed ratio communis generica non fundat et radicat proprias passiones specificas: Ergo &c. premissae evidenter patent nam ratio motiva ad assentiendum huic conclusioni demonstratae, Homo est risibilis, non est ratio animalis, sed rationalitas, quae fundat et radicat risibilitatem.

75 Confirmatur si quaeramus, quare quare Homo est risibilis, non respondebit quia est animal, quia tunc brutum esset risibile: Ergo ratio generica non est ratio motiva formalis ad assentiendum conclusionibus demonstratis de speciebus secundum proprias rationes. Nunc sic: ratio formalis motiva ad assentiendum conclusionibus demonstratis de propriis passionibus specierum non est ratio communis et generica, sed talis ratio formalis motiva est formalis scibilitatis: Ergo ratio formalis scibilitatis specierum modi sciendi non est ratio communis modi sciendi, sed ratio particularis definitionis &c; et consequenter in logica sunt diversae rationes formales scibilitatis.

§ 2us

Arguta Thomistarum prosternuntur

76 Arguit Pater Ill. Palanco: habitus acquisitus per unam demonstrationem logicae est potens se extendere ad omnes conclusiones logicales; sed talis habitus est simplex qualitas: Ergo &c. Illa maior probatur: habitus acquisitus per hanc demonstrationem &c. Si ratio definitionis attingit definitionem sub ratione formali modi sciendi ut sic; sed hoc ipso potest se extendere ad omnes conclusiones logicales: Ergo &c.

major patet, quia habitus demonstrativus logicae attingit definitiones sub ratione formali specificativa scientiae logicalis atqui ratio ista est modus sciendi ergo etc. idque probatur, nam scientiae cujus actus attingit objecta particularia sub ratione specificativa potentiae

77 Item actus cujuscunque potentiae attingit objecta particularia sub ratione formali specificativa potentiae, ut intellectio sub ratione veri, volitio sub ratione boni, quae sunt rationes formales specificativae intellectus, et voluntatis. Minor probatur: habitus attingens definitiones sub ratione communi modi sciendi, est potens attingere omnes modos sciendi sub illa ratione communi; sed nulla est modus in logica, qui non contineatur sub ratione communi modi sciendi: ergo habitus ille potest se extendere ad omnes modos logicales.

78 Major probatur: ideo potentia visiva unica, et simplex potest attingere omnes colores, quia illos attingit sub ratione communi coloris, sub qua omnes continentur, intellectus etiam potest attingere quodcumque objectum, quia quodcumque continetur sub ratione communi veri quae est ratio specificativa intellectus: ergo etc. Respondeo: hic modus, omnis definitio est clarior suo definito, attingitur sub unico, et indivisibili habitu; sed idem habitus qui hunc modum attingit, potest attingere ceteros modos logicae: ergo etc. Minor probatur: ratio formalis quare ille unicus, et indivisibilis habitus illum modum attingit, est quia continetur sub ratione modi sciendi; sed ceteri modi continentur etiam sub ratione communi modi sciendi: ergo etc.

79 Hoc argumentum retorqueo: ideo posset habitus logicae circa definitiones se extendere ad modos divisionis, quia illos attingit sub ratione communi modi sciendi, sub qua continentur; sed actus circa definitiones etiam illos attingit sub ratione communi modi sciendi: ergo unicus actus erit actus definiendi, et dividendi, quod non videtur. Minor patet, nam actus definiendi, cum causet habitum formaliter scientificum, debet esse formaliter scientificus; sed actus qui non attingit objectum sub ratione communi specificativa scientiae, non est formaliter scientificus ergo etc.

80 Respondeo directe negando majorem, ad probationem distinguo majorem: habitus acquisitus per hanc demonstrationem circa definitiones ex proprietatibus specificis illius, attingit definitiones sub ratione communi modi sciendi nego. circa definitiones ex proprietatibus genericis, modi sciendi concedo. Ad probationem majoris dico, quod ratio specificativa logicae non est praecise ratio communis modi sciendi supponens tantum simpliciter, seu per se ipsa, sed supponens personaliter, nempe pro se ipsa et pro suis speciebus. Paritas patet ad paritatem de aliis scientiis, et de intellectu, et voluntate.

81. Ad probationem minoris principalis distinguo majorem: est potens attingere omnes modos continentes sub illa

rone Tment secundum rones generiales in quibus Tmenient ipsa de ꝓprias rones specificas, nego, et de potentia visiva nego suppositum, nempe, quod potentia visiva attingat colores sub ratione Tmenti coloris, sed semper attingit illos in particulari; praeterquam quod falsum est, quod ratio quare potentia visiva attingit colores particularia, est quia propria illa Tment sub ratione Tmenti, sed quia illa, quae Tment sub ratione Tmenti et ꝓprias rationes sunt obiecta proportionata potentiae.

82 Praeterea est maxima disparitas inter habitum, et potentiam; quia potentia non acquiritur per actus quare est quid universale et illimitatum potens attingere actus specie diversos; at vero habitus acquiritur per actus atque ideo nequit se extendere ad actus specie diversos ad eos contra quos procurrit nisi minor, et ad plurimum quo maiores. Itaque habitus logicae attingit demonstrative illa nisi quia praecise Tment sub ratione Tmenti modi sciendi, quia hic possit illa demonstrare de divisione, quae etiam sub eadem ratione Tment: unde fiunt alias, et inne dicitur attingit illa demonstrative, quia Tment in ratione specifica definitionis

83 Ad hoc patet, quia hic Ho ois definitio est clarior suo definito, et acquisita per hoc demonstrationem: oratio explicans essentiam rei, est clarior re explicata; sed ois definitio est oratio explicans essentiam rei; ergo ois definitio est clarior suo definito. Ratio est formalis quare haec proprietas Tment definitionem quia definitio est oratio explicans essentiam rei, non autem quia ipsa est modus sciendi, etiam quia tunc proprietas specifica definitionis Tmenerit cum divisione; neque quidquid Tment definitioni ratione modi sciendi Tment etiam divisioni; sicut quod Tment homini ratione alia Tment etiam Bruto

84 Arguitur 2° inter et lumen licet specie distinguantur, et sint diversae lineae, producunt eandem visionem, scilicet, unicam. Ergo similiter actus definibilis, et divisibilis producunt eundem habitum. Respondeo negando anti, nego Ds. disparitas est, quia lumen, et lumen, et interior, sunt causae partiales, quarum quaelibet est Tmenit formalitates repertas in visione ventas, et ideo quaelibet est Tmentialiter operi Tment in actu definitivo, et divisivo quorum quaelibet Tment adaequate, et totaliter habitum; divisibilis scilicet habitum divisibilem, et definibilis habitum definibilem.

85 Arguitur 3° ratio formalis proxima specificativa habitus est magis extensa, quam ratio formalis proxima specificativa actuum; sed ratio formalis proxima specificativa actuum est ratio tali modi sciendi: Ergo ratio etc.

modus ejus specificativa habitus erit ratio modi sciendi, qui est magis extensa. Probatur major: ideo potentia habet objectum magis extensum quam habitus, quia ipsi sunt specificativi potentiae; sed actus sunt specificativi habituum: ergo.

86 Confirmatur haec ratio: quanto aliqua facultas magis distat ab actualitate, et specificatio habet rationem formalem specificam magis extensam; sed habitus magis abest ab actualitate, et specificatio distat quam actus: ergo minor est certa, nam actus est actualitas habitus. Probatur major: quod magis distat ab actualitate, extendit ad plus, quam quod minus ab actualitate distat. Ergo. Probans: ideo anima ad plus se extendit quam quaelibet potentia ejus, quia magis distat ab actualitate; et similiter ideo potentiae ejus, scilicet intellectus et voluntas, extendunt ad plus, quam quilibet habitus illarum: ergo.

87 Respondeo 1° negando majorem, et minoris probationis, et hic ratio totius. Intellectus enim cum sit potentia, sua causa indeterminata, per se attingere plura specifice objecta, eget determinatione quod illum determinet ad unum objectum; et cum habitus sit ex sua natura determinatus ad unum objectum, ideo actus non est determinativus illius, sed intellectus, ac ens non est forma respectu habitus, sicut habitus est respectu intellectus; nec actus recipitur in habitu sicut habitus recipitur in intellectu.

88 2° respondeo negando majorem, et majoris probationis distinguendo: ideo et alias potentia non generat ex habitu, transeat; et alias potentias generat ex habitu, nego majorem, et distinguo minorem: sed actus sunt determinativi habitus, et aliunde habitus generatur ex ipsis, transeat; et aliunde non generat ex ipsis, nego. Cum qua distinctione reliqua resolves.

89 Arguitur 4°: logica est una scientia: ergo est unus habitus. Confirmatur: ideo Metaphysica et Mathematica sunt diversae scientiae, quia sunt diversi habitus per demonstrationes acquisiti; sed per nos logica est multiplex habitus per demonstrationes acquisitus: ergo logica non est una scientia, sed multiplex. Si dicas, Metaphysica et Mathematica esse plures scientias, quia respiciunt diversa objecta formalia; Urgeo insuper: per nos habitus definitionis et divisionis respiciunt diversa objecta formalia. Ergo non constituunt unam scientiam, sed plures.

90 Respondeo distinguendo ans: logica est una scientia unitate simplicitatis, nego; unitate compositionis, transeat; quilibet habitus logicae est una scientia partialis, unitate simplicitatis, quia non est resolubilis in plures habitus; logica vero totalis, quae nihil aliud est, quam omnes habitus logicae simul sumpti, tantum est una scientia unitate compositionis, quia est resolubilis in plures habitus scientificos, seu in plures scientias partiales.

91 Ad confirmationem distinguo majorem: quia sunt plures habitus totales, transeat;

partiale, ergo, et inversis bis distinguit mi[nor]; qua distinctione solbit instantia. Obiectum formale totale, et adequatum logicae, a quo adequate specificatur modus sciendi comprehendens definitionem &c, tale obiectum includit plura obiecta partialia specifice diversa; ideo in logica sunt plures scientiae partiales, sed ipsa est una scientia totalis, sicut unum est eius totale obiectum. E contra vero metaphisica, et mathematica sunt plures scientiae totales, sicut plura sunt earum obiecta totalia.

92 Arguitur ultimo: unicus fidei habitus sufficit ad omnia misteria credibilia, sed ista sunt specifice diversa; ergo unicus habitus logicae sufficit ad &c. Respondeo negando consequentiam; disparitas est quia habitus infusi, et sunt fidei, spei, et reliqui dant facultatem simpliciter ad simpliciter operandum sicut intus ad intelligendum, et voluntas ad amandum, sicque eiusmodi habitus non generantur ex actibus; at vero habitus adquisiti taliter ab actibus procreantur, ut extra illorum ex sphera nullo modo stendant. Et etiam quia fides omnia misteria atingit quatenus a Deo revelata, quod est unicum motivum specificum in omnibus misteriis credibilibus reperitum; extra vero logica

Questio 6ª

An logica sit simpliciter necessaria ad alias scientias adquirendas. Sensus necessaria suponuntur, et questio resolbitur.

93 Pro intelligentia questionis notandum est dupliciter posse aliquid esse necessarium, scilicet simpliciter, et secundum quid. Primum est illud sine quo res absolute haberi (non) potest. Tale esse metaphisicum, ut intellectus ad intelligendum; phisicum, ut cibus ad vivendum; et morale, ut speciale auxilium Dei ad omnia peccata collective vitanda. Necessarium secundum quid dicitur illud, sine quo res absolute haberi potest, sed cum magna dificultate, sicque equus est necessarius ad longum iter peragendum, et omnes habitus adquisiti ad suos actus eliciendos: ex quo patet discrimen inter necessitatem moralem, et secundum quid.

94 Notandum est 2º quod scientia potest considerari, scilicet in statu perfecto, scilicet in imperfecto: 1º modo est notitia omnium, scilicet fere omnium, et principalium conclusionum. 2º modo est notitia unius, scilicet alterius conclusionis. Conveniunt omnes ad scientias adquirendas in quolibet statu logicam esse necessariam saltem secundum quid, quia sine illa cum maxima dificultate adquirerentur, et logica ad hoc maxime facilitat. Unde dificultas est an sit necessaria simpliciter?

95 Sit nostra conclusio: logica non est simpliciter necessaria ad scientias adquirendas in statu imperfecto, nec in statu perfecto. Ita communior sententia Thomistarum. Probatur ratione: scientia adquiritur etiam per demonstrationem naturalem; sed sine logica potest absolute fieri demonstratio naturalis: ergo sine logica potest absolute adquiri scientia; et sequentia &c.

95. 1º. Confirmatur

post acquisitionem logicae quam Deus 1° parenti infunderat, 1ⁱ phi acquisierunt logicam, si ante logicae acquisitionem non dabatur logica. Ergo logica, et eadem ratione quaelibet alia scientia post absolute sine logica acquiri, tum in statu imperfecto, quam perfecto; quia sine logica post haberi notitia universalis. Ergo alterius, et alterius; quia non est major ratio de una, quam de alia; et consequenter

§ 2us

Argumenta solbuntur

96 Arguitur 1° sine logica non potest fieri demonstratio; sed sine demonstratione non potest acquiri scientia: Ergo. Probatur major: demonstratio non potest fieri ab eo, qui nescit, quomodo, et ex quibus facienda est; sed sine logica nemo potest scire, quomodo et ex quibus facienda est demonstratio: Ergo. Patet minor, quia haec scimus per logicam. Confirmatur: qui loquitur veritatem, et nescit, an sit veritas vel falsitas tantum materialiter dicit veritatem; sed qui scit aliquam veritatem sine logica non est certus an illam sciat vel non: Ergo tantum materialiter habebit scientiam

97 Respondeo negando majorem universaliter intellectam. Ad probationem nego minorem, vel distinguo clarius gratia: sine logica nemo scit signate, et reflexe quomodo facienda est demonstratio permitto; directe, et exercite, nego. Dupliciter potest aliquis scire, quomodo, et ex quibus conficienda est demonstratio, exercite, scilicet, et reflexe; scire 1° modo contingit, quando intus elicit aliquam demonstrationem cognoscendo per ipsam veritatem omnibus discursu. 2°, quando per actus distinctos a demonstratione expresse cognoscit ipsam esse factam juxta regulas logicae. Hoc requirit, quia potest intus naturaliter cognoscere veritatem conclusionis, et connectionem, quam cum illa habent principia ex quibus infert.

98 Ad confirmationem omissa majori nego minorem, quia cognoscens demonstrative aliquam conclusionem potest evidenter cognoscere, se habere scientiam; quia cognoscit evidenter illa principia ex quibus constat demonstratio, et connectionem quam habent cum conclusione esse necessariam, et indefectibilem. Sed totum potest fieri etsi cum magna difficultate, ad instar perspicacitatis etiam sine regulis logicae. Vel dicant nobis quomodo Philosophi qui praescripta logica demonstrationem tradiderunt, solum cum logica naturali artificialem acquisierunt?

99 Arguitur 2°: ideo scientia in statu perfecto potest acquiri sine logica, quia qui potest scire unam conclusionem, potest omnes; sed hoc est falsum: Ergo. Probatur minor: licet infirmus possit ambulare ad quatuor passus, non sequitur quod possit ad mille: etiam licet miles possit vincere militem non ideo potest superare exercitum: Ergo paritas. Confirmatur licet homo sine speciali auxilio dei possit vitare peccatum veniale, non tamen omnia simul. Ergo &c.

100 Respondeo admissa majori, nego minorem; ad paritatem nego tertium. Disparitas est, quia licet infirmus non possit ad plures passus, ex quo possit ad quatuor, et idem de [illegible], hoc provenit ex eo quod potentiae materiales exercitio debilitantur; at vero potentiae spirituales exercitio promptiores redduntur; memoria enim se olendo augetur, et intellectus per unam demonstrationem non fatigatur, sed evadit promptior ad alias:

101 Ex quo patet ad confirmationem. Nam voluntas per peccatum redditur debilis, intellectus autem per exercitium redditur habilis; et ubi quia non dicimus, quod habens notitiam unius, vel alterius conclusionis possit adquirere simul notitiam omnium, quia hoc per se ipsum cum logica artificiali est impossibile; sed dicimus posse adquirere divisim notitiam singularium, et cum primum permaneant, simul habebit notitiam omnium quod non potest aptari actibus vitandi peccata, qui transeunt.

102 Arguitur denique ita se habet prudentia ad actus virtuosos, ac logica ad adquirendam scientiam; sed ad actus virtuosos prudentia est simpliciter necessaria: Ergo et logica. Major, et minor sine prudentia nullus actus potest esse conformis, nec virtuosus; sed hic est necessitas simpliciter. Ergo etc. Respondeo distinguendo majorem: ita se habet prudentia, et eodem modo, nego; et alio ex aliquo modo, concedo.

103 Discrimen inter prudentiam ad actus virtuosos, et logicam ad scientiam stat, in eo quod, sicut prudentia est regulativa ut actus voluntatis, bene, et laudabiliter fiant, ita logica est directiva operationum intellectus, ut sine errore procedant, differunt tamen in eo quod prudentia est simpliciter necessaria, ut actus dicantur boni, quia voluntas ut pote potentia caeca indiget prudentia ipsi regulante leges, quibus conformari debent ejus operationes, sed intellectus ut pote potentia videns solum indiget directioni logicae ad facilius operandum; potest enim se solo efficere quidquid efficit mediante directione logicae, et si non tanta facilitate.

Quaestio Septima

Quodnam sit objectum materiale logicae? §1us aliquibus suppositis quaestio resolvitur

104 Ad scientiae intelligentiam obtinendam cognoscere necessarium est cum scientia praestat isto ex objecto perspiciat. Res ergo illa de qua agit scientia dicitur ejus objectum, quia illi objicitur dicitur etiam subjectum de quo passiones demonstrantur; et denique appellatur materia circa quam omnes demonstrationes quae fiunt in scientia ad ipsam ordinantur. Pro cujus intelligentia supponendum est 1o, quod objectum scientiae aliud est materiale et formale aliud. Primum est res de qua scientia agit ratione objecti formalis: 2um est ratio sub qua objectum

materiale attingit a scientia: Ergo hoc est obiectum materiale medicinae quia per rationem sanabilitatis, quae est obiectum formale, pertinet ad illam, licet sub aliis rationibus ad alias scientias expectet.

405 Supponendum est 2° quod obiectum materiale aliud est per se, et aliud per accidens. Illud est illud de quo per se, et primario scientia tractat, et cui intendit applicare obiectum formale. Illud est illud de quo scientia tractat ratione obiecti per se, et primarii, seu quatenus conducit ad obiectum per se; ergo in medicina obiectum materiale per se est corpus humanum; obiectum vero materiale per accidens sunt actus curandi, et applicandi medicinas.

406 Supponendum est 3° obiectum materiale aliud esse primum, remotum vero aliud. Illud est de quo primo scientia tractat. Illud est de quo tractat medio obiecto primo. Inde inter obiectum primum, et obiectum formale nihil mediat; inter obiectum remotum, et obiectum formale mediat obiectum materiale primum.

407 Supponendum est 4° quod res possunt dupliciter considerari, vel ut sunt a parte rei sine eo quod intellectus eas actualiter cognoscat, vel prout sunt obiective in intellectu, et ab ipso cognitae. 1° modo non sunt primo potentes recipere formam logicam, 2° vero modo sunt primo capaces ad illam recipiendam. Logica etiam dupliciter potest considerari: uno modo prout fuit tradita ab Aristotele, in quo sensu solum comprehendit syllogismum, alio modo secundum se, et in hoc sensu non solum comprehendit syllogismum, sed etiam definitionem, et divisionem.

408 His suppositis 1a sententia est aliquorum Thomistarum, et aliorum, asserentium obiectum materiale logicae esse actus intellectus ut dirigibiles in forma modi sciendi. 2a asserit esse voces. Haec tribuitur nominalibus. 3a dicit esse res, et actus intellectus; ita aliqui Scotistae. Denique major et nobilior pars Scotistarum ex Thomistica Schola tenet: obiectum materiale per se, et primum logicae esse res cognitas, seu primo potentes recipere 2as intentiones logicas modi sciendi: Haec est nostra DD. Prob. 1° autho-

409 ritate D. S. quaest. 3a logicae dicentis: logica considerat de rebus, ut eis attribuuntur 2ae intentiones. Et iterum eodem [illegible] quaest. 1a ubi ait: metaphysicus et logicus circa idem laborare, sub diversis tamen rationibus, quia metaphysicus agit de rebus secundum suas naturas, logicus vero prout illis applicantur 2ae intentiones. Sed id de quo agit metaphysica est ejus obiectum materiale logicae: Ergo si logica agit de rebus prout eis attribuuntur 2ae intentiones, res sunt obiectum materiale logicae; sed non prout se habent a parte rei: Ergo ut primo potentes recipere formam logicam sunt obiectum materiale per se logicae.

410. Prob. 2° ratione: illud est obiectum materiale alicujus scientiae, cui scientia 1° et per se intendit

aplicari suo obto formale; sed loga 1° et perse intendit aplicare suo obto forma- le rebs habentibs proxime capacitatem illud recipiendi: Ergo res sic sumptae sunt obta perse maale logae. Major est secta nostrae principiis. Minor probo exemplo hujus pponis: Homo prad de pluribs individuis, in qua loga intendit aplicare 2as intentiones rebs; sed idem evenit in alijs artefactis logalibs: Ergo et major patet; quia si loga intenderet vocibs, l. 9ceptibs, et non rebs aplicare 2as intentiones, hoc sensus talis pponis esset: vox homo, l. 9ceptus his prad de pluribs qd est falsum.

§ 2us

Argumenta Solvuntur.

441 Arguit 1°: loga 1° et perse non intendit dirigere res in forma modi sciendi: Ergo res non sunt obta maale logae. Probo ans: loga 1° et perse intendit dirigere actus intus: Ergo etc. Probo ans: loga fuit instituta ut sciamus superare errorem et ignorantiam; sed error est in actibs intus: Ergo etc. Confirmat: maale et perse capax directionis sunt actus intus Ergo etc.

442 Respondeo negando suppositum et 2um ans et mi probationis distinguo: sed error formalis est in actibs intus, 9cedo; error ocationalis, nego; Res itaque sunt motivum et ocationem errandi si non disponuntur, ita ut intus sine errore definiat, dividat, arguat; nam sub prava dispositione potius intus movetur ad errorem, quam ad veritatem inveniendam. Sed dices: Haec causalis est vera: quia intus vere discurrit res est bene disposita, non tamen est ita: Ergo loga 1° et perse intendit dirigere actus intus

443 Respondeo ad replicam omisso ante negando 9sequentiam. ratio est: quia loga 1° et perse dirigit qd 1° et perse intendit; intendit autem 1° et perse dirigere res in forma modi sciendi ut auferat ocationem errandi; ad hunc finem 9sequendum dirigit actus intus tanquam media utilia, et necessaria; unde illa causalis falsa est de causalitate finis, licet sit vera de ordinatione medij, qd non est ad propositum; ex quo patet ad 9firmationem.

444 Sed dices: actus intus possunt 1° et perse recipere formam logae, scilicet, 2as intentiones; Ergo sunt obtum maale per se logae. Probo ans: in hac ppone actus intus sunt 9ceptus formales, actus intus recipiunt 2as intentiones subjective. Ergo etc. Distinguo ans: actus intus ut sunt res, possunt recipere formam logae 9cedo; ut actus intus sunt nego; et eodem modo intelligitur probatio.

445 Arguit 2°: illud est obtum per se maale scientiae, de quo scientia per se agit; sed loga agit per se de 9ceptibs formalibs. Ergo etc. Probo mi ex D. Thom. qu. 1a praedicamentali, a. 3°, ubi ita ait: sicut aliqua scientia per se agit de rebs, aliqua per se de vocibs significativis;, ita est aliqua scientia quae per se

de Hypothesi, et hic ē loqu. Ergo &c. Confirmatur 1.º id illo per se agit logica, quod per se habet rationem definitionis & sed hanc rationem habent Hypotheses formales: Ergo &c.

416 Quoniam sola definitio mentalis explicat essentiam rei, quia definitio obiectiva ē res explicatas per definitionem formalem: Ergo. Confirmatur 2.º logica agit de Hypothesi affirmativa, et negativa; sed affirmatio, et negatio solum competit actibus internis, Ergo &c. —— Respondetur negando minorem, ad cujus probationem ipsa authoritate negando D.ᵃᵐ, hoc distinguo sequens: Ergo ex D. S.ᵗⁱ logica agit per se de Hypothesi formali per actum rationis, concedo; de Hypothesi activis sumptis, seu quatenus ē actus internus nego.

417 D. S.ᵗⁱ praedicta authoritate non loquitur de obiecto materiali logicae, sed de obiecto formali specificativo ipsius; cum autem hoc sit 2.ª intentio logica, recte vocat Hypotheses formatas ab actu rationis, secundum, non autem de ipso actu interius applicante 2.ª intentionem. Ad 1.ᵃᵐ confirmationem nego minorem, et majoris probationis distinguit; habent rationem definitionis & repraesentativam, concedo; obiectivam, nego; eam qua distinctione majoris probationis resolbit.

418 Ad 2.ᵃᵐ confirmationem distinguit majorem: agit de Hypothesi affirmativa, et negativa ingratia sui sive propter dimitionem rerum, concedo; ex fine suo primario, nego. Secundum ē logica secundarie agere de actibus internis, sed hoc ē propter ipsas res, seu propter manifestationem Hypotheses obiectivi, propter quas sed per se agit logica; consequentes quae res, seu Hypotheses obiectivas sunt ejus materialis obiecta.

419 Arguitur denique: obiectum materiale ē illud quo destructo, etiam ipsa scientia destrueretur; sed destrueretur logica destructis actibus internis: Ergo &c. Minor patet, quia destructo materiali obiecto, destruitur materia circa quam scientia versatur: Ergo scientia etiam ipsa destruitur. Confirmatur: nam si per possibile, vel impossibile non essent res, et essent actus interni, daret logica dirigens tales actus: Ergo hi sunt obiecta materialia per se logicae.

420 Respondetur negando majorem; quia non ē illud ex cujus destructione sequitur destructio alterius ē obiectum per se illius: destructa enim unione totius substantialis, destruitur totum substantiale, et tamen tunc totalis corruptionis non ē unio, sed totum substantiale, quod corrumpitur. Insuper patet in artificialibus, quia non potest aliquis scribere sine praeparatione calami, et tamen obiectum talis artis non ē calami praeparatio, sed formatio litterarum quae sine calamo formari non possunt.

Quaestio octava

Quodnam sit obiectum adaequatum atributionis, principalitatis et praedicationis? §. 1.ᵘˢ aliquibus notatis pro quaestione ad omnia respondetur.

421 Supponendum 1.º quod obiectum adaequatum ad tria trimune ē, scilicet, adaequatum adaequatione atributionis, principalitatis, et praedicationis. Hoc ē illud cui atribuuntur omnia, quae in scientia

tractant 2º ē quod ratione suae perfectissimae differentiae particip. praxeos, obtinet ratione principalis perfectionis modo inter alia objecta adequatae. 3º, quod in recto praestat de quibus cognoscuntur in scientia tractant.

122 D. S. quaest. 3ª super unalia Porphyrii de isto adequato tractat, et ibi (ipsa) tres conditiones assignat 1ª ē quod de tali objecto debet praesupponi scientia quid ē et quia ē, hoc est, essentia illius, et in tota per definitionem et ipsius existentia. 2ª, quod tale objectum debet habere passiones et proprietates, quae de ipso demonstrentur in scientia. 3ª et praecipua ē, quod debet se extendere ad omnia quae considerantur in scientia, quare omnia quae tractantur in scientia, ad ipsum debent reduci, et ordinari: unde vocatur objectum attributionis, et hoc objectum describitur a D. D. S. quaest. 3ª prologi per haec verba. Ratio primi subjecti ē, continere in se 1º virtualiter omnes veritates illius habitus cujus ē subjectum.

123 His suppositis, innumerae sunt sententiae, quibus omissis sit 1ª Th. objectum adequatum attributionis logicae secundum se ē modus sciendi objectibus, prout comprehendit definitionem divisionem et argumentationem. Haec ē sparsa Scholi Porphyrii quaest. 2ª ubi ita ait: Logica est quod discit tres instrumenta sciendi ē subjectum in tota logica. Probatur 1º per conditiones positas, quia ē omnis eius considerata in logica, nec transcendit metas logicae.

124 Probatur 2º ratione qua utitur D. S. illud ē objectum adequatum attributionis in logica, cui competunt omnes conditiones objecti adequati; sed modo sciendi in tota amplitudine sumpto, conditiones objecti adequati competunt: ergo &c. Probatur minor discurrendo per singula: nam modus sciendi habet essentiam, et definitionem per quam in logica demonstrantur passiones eius de modo sciendi in communi, ut esse directivum actuum rationis, quae in particulari, ut definitionem esse declarativam definiti, et sic de ceteris: ergo &c.

125 Explicatur et magis declaratur haec ratio: in logica secundum suam latitudinem, seu in logica tota, et nova, ut eam appellat D. S. tractatur de terminis, et eorum proprietatibus de propositionibus, et earum passionibus, quae omnia ordinantur ad syllogismum: tractat etiam de genere, et differentia, et de reliquis praedicabilibus, de praedicamentis &c., quae omnia ad definitionem, divisionem, et argumentationem deserviunt: ergo ad modum sciendi inquantum comprehendit definitionem &c. ordinantur et reducuntur omnia quae in logica tractantur.

126 Sit 2ª Th. objectum adequatum attributionis logicae utilis ē syllogismus in omni sua latitudine ita D. S. locis citatis dicentes: quod subjectum logicae et proprium logicae ē syllogismus. Et in 1º prior. quaest. 2ª n. 8 ita loquitur D. S. iste modus sciendi (scilicet syllogismus) ē perfectissimus inter alios ideo de ipso Aristoteles fecit quasi totam logicam et in eodem loco docet quod habet essentiam, et definitionem,

et plures passiones de ipso in logica demonstrant, et qd omnia quae in veteri logica traduntur ad ipsum reducuntur: Ergo ex D. Th. &c.

427 Sit 3a Dio. Obiectum adequatum adequatione principalitatis utriusque logicae est demonstratio. Probatur ratione: obiectum adequatum adequatione principalitatis est illud, qd ratione sui perfectissimi entitatis, seu differentiae perfectiori modo participat rationem communem obiectivae tributionis; sed talis est demonstratio in utraque logica: Ergo &c. Maior ista apud omnes est certa; et minor patet, quia demonstratio est perfectior definitione, et divisione, et etiam est silogismo proprie et perfectius faciens scire: Ergo &c.

428 Sit 4a Dio: obiectum adequatum adequatione praxionis in utraque logica est 2a intensio obiectiva. Probatur ratione: illud est obiectum adequatum adequatione praxionis alicuius scientiae, qd praedicatur in recto de omnibus quae in scientia tractantur; sed talis est 2a intentio obiectiva: Ergo &c.

§2us

Aliqua argumenta solvuntur.

429 Arguitur 1o silogismus est obiectum adequatum logicae: Ergo &c. Antecedens patet ex D. Th. quaestione unica, ubi probat omnes conditiones obiecti adequati respectu logicae convenire silogismo. Probatur 2o antecedens: qd est proprie instrumentum sciendi est obiectum adequatum logicae; sed tantum silogismus est proprie instrumentum sciendi: Ergo &c. Probatur 3o omnia quae in logica tractantur ad silogismum reducuntur: Ergo &c. Probatur antecedens: partes ordinantur, et reducuntur ad totum; sed definitio, et divisio possunt esse partes silogismi: Ergo &c. Probatur minor: in hoc silogismo, omne animal est rationale, sed omnis homo est animal, et non irrationale. Ergo omnis homo est animal rationale. Reperiuntur definitio, et divisio ut partes illius: Ergo &c.

430 Respondetur distinguendo antecedens: silogismus est obiectum adequatum logicae Aristotelicae, concedo; logicae in tota sua latitudine, nego. De hac ergo logica loquitur D. Th. loco citato, et clarius explicat in 1o priorum quaest. 2a, ita dicente: 1a Dio est quod iste tuus silogismus non est subiectum in tota logica. Probatur quia subiectum debet esse commune ad omnia considerata in scientia illa, cuius est subiectum; sed iste tuus silogismus non est subiectum commune ad omnia considerata in logica: quia in logica determinatur de definitione, divisione, entimemathe, et inductione, ad quae iste tuus silogismus non est communis: Ergo &c.

431 Ad 2am probationem nego minorem quia licet silogismus sit perfectissimus inter modos sciendi, ex hoc non sequitur, definitionem, et divisionem non esse proprie instrumenta sciendi; sicut licet homo sit perfectissimus omnium animalium, hoc non obstat ut Leo, et Formica proprie sint animalia. Ad 3am probationem nego antecedens et distinguo minorem probationis: definitio, et divisio sunt partes silogismi, et pro isto pertinent ad logicam in quantum partes silogismi, nego; et pro ut pertinent ad logicam, etiam ut sic, et prout praescindunt ab illo respectu, concedo.

432. Arguitur 2o ex D. Th. citato: obiectum logicae, et adequatum debet communi

virtualiter omnes veritates illius scientiae cujus est objectum, sed modus sciendi neq. ut in se continere virtualiter omnes veritates logicae: Ergo etc. Major probatur: Modus sciendi non continet virtualiter veritates definitionis et divisionis etc: Ergo etc. Major probatur: continere in se virtualiter omnes veritates, et posse deservire ut medium ad demonstrandas omnes veritates quas continet; sed modus sciendi non est medium ad demonstrandas veritates de finitionis, et divisionis; Ergo neq. ratione generica non est medium ad demonstrandas veritates specificas: Ergo etc.

133 Ante resolutionem argumenti notandum est, dupliciter aliquid posse continere virtualiter aliud; primo in se reali, quo sensu Sol continet virtualiter calorem, et omnia passiones ab ipsa dimanantes; secundo in esse finito, subobjectivo, quo sensu objectum continet virtualiter omnia id, quod ratione ipsius cognoscit. De hac continentia virtuali loquitur Doctor varij sunt responsiones Scholasticorum ad hoc argumentum; nulla tamen mihi placet, quare illarum probabilitate omissa meg solutionem propono.

134 Distinguo ultimam minorem: sed modus sciendi in quantum supponit simpliciter sub tantum pro ratione generica non est medium ad demonstrandas veritates definitionis et divisionis, concedo; in quantum supponit personaliter, nempe pro se, et pro suis speciebus, nego. Itaque modus sciendi in communi tantum continet virtualiter veritates genericas et ad has demonstrandas potest deservire pro medio; personaliter acceptus, continet virtualiter veritates proprias definitionis etc. et hoc modo est objectum adequatum logicae.

135 Urges denique: sola demonstratio est objectum attributionis in logica: Ergo etc. Probatur antecedens: sola demonstratio est instrumentum sciendi: Ergo etc. Major probatur: per definitionem, et divisionem non acquiritur notitia scientifica: Ergo etc. Confirmatur: silogismus topicus, et sophisticus non generant scientiam: Ergo non sunt instrumenta sciendi. Respondetur, instrumentum sciendi posse sumi stricte strictissime, et minus stricte. In primo sensu sola comprehendit demonstrationem, per quam solam acquiritur notitia stricte scientifica.

136 In secundo sensu etiam comprehendit definitionem, et divisionem, quia per ipsas habetur notitia certa, et evidens, licet non modo illativo, sicut per demonstrationem. Ad confirmationem distinguo antecedens: silogismus topicus et sophisticus non generant scientiam formaliter, et explicite, concedo; objective, et signate, quatenus deserviunt ad tradendam scientiam per demonstrationem, nego; utrumque quod notitia illorum ordinatur in logica ad notitiam scientificam perfectius adquirendam.

Questio Nona.

Utrum objectum formale logicae sit ens realis et rationis. § 1us aliqua necessaria supponuntur et ponitur et probatur.

137. Pro resolutione questionis supponendum est primo, quod istud nomen Ens, quod in Grar-

matica minime reperit) commune ē ad ens reale, et rationis. Ens rationis dicit̄ illud quod tantum habet esse objectivè in intellectu, seu potentia fingente. Ut mons aureus, chimera &. Ens vero reale ē, quod habet esse independenter ab intellectu, vel qualibet potentia; ut homo; vel quod non repugnat esse à parte rei. Ens rationis potest usurpari pro eo quod provenit à potentia rationis, quo sensu omnes actus intellectus, omnes quae denominationes extrinsecae entia rationis vocantur, sed proprie dicuntur entia realia intentionalia.

438 Supponendum ē 2°, quod objectum formale quo (logicae) ē forma modi sciendi, seu 2ª intentiones logicales. Hoc docet Ā D. D°. pluribus in locis, sed clarissime quaest 3ª prologi ubi ita loquit̄: scientia non considerans objectum sub ratione reali non ē realis, sicut logica, licet consideret de rebus prout eis attribuunt 2ª intentiones. et quaest 1ª super praedicamenta n° 2° idem docet citans Boetium per hec verba: dico, quod logica ē de 2is intentionibus aplicatis rebus.

439 Ex quibus authoritatibus sic formatur ratio: objectum formale quo scientiae ē ratio formalis sub qua scientia attingit objectum materiale; sed ratio sub qua logica atingit res, quae sunt objectum materiale ipsius, sunt 2ª intentiones: Ergo &. = Idem amplius patet ex D. S. quaest 3ª univ. n° 11. ubi ait: 2ae intentiones sunt forma subjecti, ratione cujus res 2ae intentionis reddit objectum proprium considerationis logicae, et propriae attingentis. De hac Ergo 2a intentione quaerimus utrum sit ens reale, vel rationis?

440 Circa hunc dificultatem 3 sunt sententiae. 1ª asserit praedictum objectum formale esse ens rationis. Ita thomistae omnes, et aliqui ex nostris. 2ª sustinet, objectum formale logicae secundum se esse ens reale, logice vero tractatum esse ens rationis. Ita Mastrius et alii. 3ª defendit: tale objectum in utraque logica esse ens reale intentionale. Hec ē nostra defensanda et, quam sequunt Pontius et alii, ē que conformis est D. D. S. pluribus in locis, sed praecipue in 1° dist 23 quaest unica ubi ait, quod 2ª intentio ē relatio rationis.

441 Et in 5° Metaphisicae quaest 11ª n° 6° dicente: falsum ē, quod actu reflexo intelligendi fiat relatio rationis, sit Ergo 1° actus, scilicet, directo intellectus comparantis hoc ad illud, et subdit: quando autem reflectit intelligendo comparationem illam, et objectum, tunc non causat relatio rationis, sed considerat. Ex quibus verbis sic formatur ratio: objectum formale logicae ē 2ª intentio modi sciendi; sed hec ē ens reale intentionale: Ergo &.

442 Solvitur multipliciter. Primo et 1° ex D. 2ª intentio ē relatio rationis quae non cognoscit per ipsum actum quo fit, ens vero rationis per ipsum actum quo fit cognoscit, quia intelligendo verbi gratia hircocervum fit hoc ens, et per hunc actum habet esse: Ergo ex D. S. & Probatur 2° praedicta minor: causa producens efectum realem ē quid reale; sed praedicta intentio ē causa producens scientiam, quae ē qualitas realis: Ergo & Probatur minor, objectum cum po—

tentia est causa scientiæ (juxta illud per loquimur ab objecto et potentia paritur notitia) sed prædicta 2ª intentio est objectum scientiæ: Ergo &c.

423 Probatur 3º prædicta minor: nullum ens reale potest dependere ab aliquo ente rationis; sed scientia dependet a prædicta 2ª intentione, seu forma artificiosa modi sciendi; quod idem est: Ergo talis 2ª intentio, seu dispositio non est ens rationis. Major est evidens, probatur minor: si recte non disponuntur propositiones, non sequitur habitus scientificus: Ergo scientia (loquimur de artificialiter adquisita) dependet a prædicta dispositione; et consequenter &c.

§ 2us

Argumenta Solbuntur

424 Arguitur 1º: instrumentum sciendi dicitur pro formali ens rationis: Ergo &c. Probatur antecedens: silogismus est instrumentum sciendi; sed dicitur pro formali ens rationis: Ergo &c. Probatur minor ex Doctore Subtili Scoto, Elenchorum quæst. 5ª in 3º dicente: Cum silogismus secundum suum esse formale sit ens rationis, istæ proprietates non erunt silogi: Ergo &c. Confirmatur 1º: logica non est scientia realis, sed rationis; sed quælibet scientia a suo objecto formali specificatur: Ergo ejus objectum formale est quid rationis.

425 Major probatur ex Doctore quæst. 3ª prologi, 2ª laterali § Contra istas dicente: respectus ad esse est respectus rationis; sed scientia non considerans suum objectum sub ratione reali, non est realis, sicut nec logica est realis, licet consideret de rebus, ut eis atribuuntur 2æ intentiones: Ergo secundum Doctorem &c. Confirmatur 2º: logica communiter appellatur scientia rationalis, vel rationis; sed non dicitur talis præcise, quia per actus rationis traditur, quia sic quælibet scientia traditur, neque quia subjectatur in intellectu præcise: Ergo solum restat quod talis dicatur ab objecto formali rationis.

426 Ad argumentum negatur antecedens, minor probationis, et probatio Doctoris ita exponitur: cum Ergo silogismus secundum suum esse formale sit ens rationis late sumpto, istæ proprietates non erunt silogi, concedo. Stricte acepto, nego. Itaque quærit Doctor loco citato, utrum silogismus habens premisas falsas, vel premisæ, quæ dicitur pecans in materia, sit silogismus? ad quod ita respondet Doctor: ad quæstionem dicendum; quod non est de ratione silogi, quod procedat ex veris, nec ex necessarijs, nec ex probabilibus, quia veritas, necessitas, et probabilitas sunt proprietates ipsius rei; cum Ergo silogismus secundum suum esse formale sit ens rationis, istæ proprietates non erunt silogi, inquantum silogismus est.

427 Ex quibus verbis, ut claret, solum vult Doctor, quod istæ proprietates non conveniant silogo pro formali, quia sunt propriæ rei, idem materiæ silogi; et silogismus secundum suum esse formale solum dicitur forma silogi, quæ est ens rationis late modo, seu ens reale intentionale. Ad 1am confirmationem negatur major, et ad probationem dicitur Doctorem ibi arguere ad hominem ex thesi a contrarijs. Illi enim dicebant objectum formale logicæ esse ens rationis, et ideo logicam esse scientiam rationis.

448 Ex aliis parte assertantur, respon. Dei articulis esse obj. Theologiae. Hic praesupposito Theologiae esse scientiam rationis, formando pariter logicae. Sed haec dato ad logica sit scientia rationis, remanet aequitas, ut quia dicit talis, eo quod est peculiaris directiva actus rationis, scilicet verbis: per quod patet adaequationem formationis. — Sed dices Thom. logica spectat scientia rationis proprie obiecto formali rationis: Ergo nulla est solutio.

449 Ens: logica versatur circa ens rationis: Ergo &c. Haec ex Thomaste metaphysica 12 lect. 5: metaphysica et logica versantur circa omne ens; sed metaphysica versatur primario circa omne ens reale: Ergo logica primario circa omne ens rationis, aliter a metaphysica non distinguuntur. — Respondeo negando hoc, et assumo, et in probationis distinguitur circa omne ens reale sub ratione entis realis, concedo; sub ratione modi sciendi, nego minorem et consequentiam in probatione.

450 Arguitur 2º: obiectum formale logicae est 2ª intentio modi sciendi; sed haec est ens rationis: Ergo &c. Probatur minor; intentio quae fit per actum reflexum intellectus est ens rationis; sed 2ª intentio modi sciendi fit per actum reflexum intellectus: Ergo &c. Probatur minor ad hoc ut 2ª intentio modi sciendi sit obiectum formale logicae debet considerari ut quid intrinsecum rei; sed hoc fit per actum reflexum intellectus: Ergo &c.

451 Respondeo negando minorem, ad cuius probationem omissa majori negatur minor et maior probationis et minori probationis. Verum est 2ª intentionem modi sciendi esse obiectum formale logicae: caeterum nec haec est ens rationis, nec fit per actum reflexum, nec debet considerari ut quid intrinsecum rei, ad hoc ut ad logicae considerationem expectet: Ut patet ex dictis. Et ex probatione 2. inqua sibi spectat ad intentionem ante actum reflexum. Et quando logicus illa considerat ut quid intrinsecum rei adhuc 2ª intentio non rationis non est, sed illa intrinsecitudo quae fingeret, ut licet considerat Angelos corporeos, non ideo ut angelus est ens rationis, sed illud figmentum quod facit intellectus: Ergo &c.

Distinctio unica

Ætulma proemialis de ente rationis. Quaestio 1ª: utrum detur, quid et quotuplex sit ens rationis. Sectio 1ª de urbitate possibili quo ad omnia respondet.

452 Ab hac inutili, inanique mora omnino abstinerent si in auctoribus scholasticique tyrocinium [illegible] non esset quaere consuetudini morem gero. Non desunt aliqui qui ens rationis negant, Ista quos stant innumerosa Theologorum, Theologorum qui turbant; inter illas autem enumerat Albinus, in cuius sepulcro quidam cecinit

Hic jacet Albinus logicorum recte Patrinus:
Scriptis namque suis abolebat ens rationis.

Si plus dicerasset credo ens quodcunque negasset.

453 Omissis varijs acceptionibus entis rationis, quae proprie sunt entia realia et si intentionalia, loquimur in praesentiarum de ente rationis stricte sumpto, et quatenus distinguitur ab omni ente reali; quod sensus sic describitur: ens rationis est, quod solum habet esse obiective in intellectu. Ex D. S. quodlibeto 3° § de 1° sic dicentis: ens rationis est, quod praecise habet esse in intellectu considerante. Et Doctores: per ea idem formaliter constituitur, per quae ab omni reali distinguitur; sed per habere solum esse obiective in intellectu habet hoc ens rationis. Ergo.

451 Ens rationis sic sumptum dividitur in ens rationis cum fundamento in re, et dicitur ratione ratiocinatae, et in ens rationis absque fundamento in re, et dicitur ratione ratiocinantis. Id est quod intellectus fingit sine aliqua occasione in re reperta, ut Chimerae. Id cum aliqua occasione, ut tenebras esse entitates positivas. Istam divisionem tangit D. S. quaest. 1a universalium § ad 3um. Caeterum quae communia apud Theologos, et Philosophos alia quamplurima de essentia, existentia, et divisione entis omitto apud Artistas videnda.

Quaestio 2a

An divinus intellectus possit efficere ens rationis? 51us.

Aliquibus suppositis Scotica sententia ponitur et probatur.

455 Pro resolutione huius difficultatis suppono 1° ens rationis dupliciter posse cognosci: speculative, scilicet, et practice. 1° modo cognoscitur, quando factum ab uno intellectu ab alio speculatur, vel ab ipso per actum reflexum cognoscitur. 2° modo, quando intellectus terminatur ad obiectum cuius est, in qua cognitione practica efficientia entis rationis consistit. = Suppono 2°, Deum 1° modo cognoscere ens rationis; quod patet ex 8° Sapientiae ubi de Deo dicitur: Scit Deus subtilitates sermonum, et dissolutiones argumentorum, signa, et monstra, antequam fiant. Quo expresse clarum, Deum speculari entia rationis tam facta, quam factibilia.

456 Praeterquam quod hoc ratio demonstrat: quia nequit Deus ignorare materiam de qua disputamus, et cum ens rationis sit disputationis materia, divinam cognitionem subterfugere nequit. Unde tota difficultas devolvitur ad cognitionem practicam, scilicet, an Deus cognoscendo entia rationis tribuat, vel tribuere possit esse quod a parte rei repugnet?

457 In hac difficultate 3 sunt sententiae. 1a est aliquorum Scotistarum asserentium, Deum speculari, et facere entia rationis. 2a per oppositum, quae utrumque denegat. Pro. ita Bazquez cum alijs. 3a, quasi per viam mediam pergit, quae defendit Deum speculari ens rationis, non tamen illud efficere, vel haec est communior Sententia D.i quam tenent fere omnes Scotistae, et Thomistae, cum quibus sit nostra Conclusio: Divinus intellectus nequit entia rationis efficere.

458 Conclusio sic posita est Doctoris in 1° distinctione 3a quaest. 1a § alia est n. 15 ubi postquam statuit Deum non esse causam relationum rationis nec dispersae ut dicta distincta quae a parte rei distincta non sunt quia omnia cognoscit intuitive, et ut sunt in se, [illegible]

in verbis ? igitur intus divinus causabit aliqua intentionem in essentia et relationem rationis, quod de absurdo. Ergo ex D. C. S. absurdum est dicere Deum entia rationis fabricare, et consequenter.

Prob. 2do ratione.

459 Initio quae intus facit ens rationis est initio ex aliquo ? in se; sed haec in hoc divino repugnat. Ergo. Prob. minor intus creati necessario, et per se petit cognoscere res ut est in se, repugnat cognoscere res aliter quam est in se; sed intellectus divinus necessario, et per se petit cognoscere res ut est in se. Ergo etc. Prob. 1a minor intus creati necessario et per se petit cognoscere intuitive necessario, et per se petit cognoscere res ut est in se; sed intus divinus necessario et per se petit cognoscere intuitive. Ergo etc.

460 Confirmatur. intus divinus est summe rectus in cognoscendo; sed summe rectus in cognoscendo nequit cognoscere res aliter quam est. Ergo. Confirmatur a paritate. Prob. minor. Ideo voluntas divina nequit velle bonum delectabile quam in se revera non est, quia ut pote summe recta in volendo nequit velle objectum aliter quam est; sed non minus est summe rectus intus divinus in cognoscendo quam voluntas in volendo. Ergo si ista non, nequit ille; modo sic: sed ad ens rationis efficiendum requiritur cognoscere res aliter quam est in se. Ergo si intus divinus hoc non posset facere, neque entia rationis.

§ 2us

Argumentis occurritur

461 Arguitur 1o Deus potest cognoscere ens rationis. Ergo et illud efficere. Prob. ans: totum esse entis rationis est illud cognoscere. Ergo etc. — Distinguo ans: Deus potest cognoscere speculative ens rationis, concedo; practice, nego. Replicabis omnis cognitio entis rationis est practica. Ergo etc. Prob. ans: omnis cognitio entis rationis est cognitio non entis ad modum entis; sed talis est cognitio practica. Ergo etc. — Ad replicam nego ans et distinguo majorem probationis: est cognitio non entis ad modum entis, si est practica, concedo; si est speculativa, nego.

462. Arguitur 2o: eo modo Deus cognoscat ens rationis, licet a nobis factum illud facit. Ergo. Prob. ans: eo modo Deus taliter cognoscat ens rationis praestat illi esse objectivum tanquam integra causa. Ergo. Prob. ans patet, nam eo ipso, quod a Deo cognoscatur, recipit novum esse objectivum, ad quod non concurrit intus creatus. Ergo solus intus divinus tribuit tale esse objectivum; sed in hoc consistit efficientia entis rationis. Ergo etc.

463 Respondeo nego ans, et ans probationis distinguo: praestat illi esse objectivum formale, et intrinsecum, nego; extrinsecum, et denominativum, concedo ans; et eadem distinctione reliquum resolvitur. Quando intus divinus cognoscit ens rationis, recipit quidem esse objectivum; verum tamen hoc non sit dum, quia jam supponit secundum suum esse formale factum ab intus creato, solum est esse objectivum extrinsecum, et denominativum, ex quo non sequitur, quod detur efficientia rationis

faciat, sed quia factum est possibilia inoscat.

464 Arguitur 3º: Deus concurrit ex causa 2ª ad omnia, quæ ab ipsa fiunt; sed ab ipsa fiunt entia rationis: ergo concurrit ad eorum efficientiam: nunc sic; sed eo ipso illa facere potest: Ergo. Major patet; aliter enim causa 2ª esset causa 1ª, quia independenter ab illa operaretur. Minor et consequentia patent. Subsumitur probatur: Deus potest se solo facere, quidquid cum causa 2ª facit: Ergo si Deus media causa 2ª potest facere entia rationis, etiam se solus.

465 Respondeo ad argumentum distinguendo majorem: Deus concurrit ex causa 2ª ad omnia, quæ ab ipsa fiunt proprie, et physice influendo, concedo: improprie et metaphorice, nego. (tris) quando ipsa est efficiens, concedo: quando est deficiens, nego: alias Deus concurreret ad peccatum formaliter ut tale. Unde in deficiendo causa 2ª est totalis, et unica.

466 Arguitur 4º: intellectus dans esse objectivum enti rationis, illud facit; sed hoc tribuere potest intellectus divinus: Ergo. Probatur major: ens rationis independenter ab intellectu creato potest objici intellectui divino: Ergo. Distinguo majorem: intellectus dans esse objectivum intrinsecum, concedo; extrinsecum, nego. Explicabis: Ergo Deus cognoscens ab æterno ens rationis, præstat illi esse objectivum intrinsecum. Probatur consequentia: Deus sicut cognoscens, illud tangit antequam habeat esse ab intellectu creato; sed eo ipso præstat illi esse objectivum intrinsecum: Ergo. Distinguo majorem probationis: Deus tangit illud antequam habeat esse objective in intellectu creato, et independenter ab eo, nego; et dependenter, concedo majorem, et nego minorem, et consequentiam.

467 Sed replicabis: repugnantia intellectui creato de ente rationis daret proprie æternam veritatem, neque daret hæc propositio: Hircocervus est impossibilis, et alia. Ergo. Distinguitur ens de ente rationis fundamentaliter sumpto, concedo; formaliter accepto, nego suppositum; quia tunc repugnaret causa entis rationis, et causa repugnante, effectus etiam repugnat. Repugnante ergo intellectu creato, solum de ente rationis fundamentaliter accepto daret proprie æternam veritatem, hoc est, cognosceret a Deo repugnantia illorum extremorum, quæ ex parte rei vere dat, est ens reale. Unde ens rationis secundum esse formale nullomodo in casu posito objiceret intellectui divino.

Quæstio 3ª
An voluntas creata possit entia rationis stricte talia facere? § 1us Aliqua notantur et 2º establiuntur.

468 Voluntatem potentiam cæcam esse, omnes uno ore fatentur, ejusmodi cæcitas propria certe non est, ratione in voluntate capacitas ad visum non adest, ex ea non potentia ita egeat lumine intellectus ad aliquid attingendum, ut nec de potentia Dei absoluta, absque prævio intellectus munine

objectum attingere non possit. Oritur autem ex carentia visus in subiecto capaci ad illum habendum. Ex quo, sententia meo videri, praesens controversia exclusa penitus manet. Caeterum quia hujusmodi caecitates, compositas, nec lectas, ac raritate, et pro viribus hac super quaestione Scholastici Philosophi dimicant, ideo et nos vestigia majorum sequentes quaestionem proponimus.

469 Pro cujus intelligentia notandum est 1°, ens rationis in praesenti non accipi pro habente tantum esse objectivum in intellectu, sic enim foret ridiculum inquirere, an voluntas possit hujusmodi ens rationis efformare, cum certum sit voluntatem intellectum non esse. Sumitur autem pro ente proportionali, et aequivalenti, scilicet pro ente quod tantum objective sit, et existat in aliqua potentia potente illud fabricare, cum omnimoda tamen repugnantia ad existendum a parte rei.

470 Hoc notato, circa praesentem difficultatem partem affirmativam tenent Mastrius, Billacustus, et alii, quibus sequuntur fere omnes Scotistae. Negativam sustinent communiter Thomistae et ex nostris Ponticus, Merinero, Dupasquier, et alii cum plurimis recentioribus in manuscriptis; cum quibus sit nostra Conclusio: Voluntas creata entia rationis stricte talia efficere nequit. Est Doctoris Subtilis qui pluribus in locis ens rationis stricte tale per ordinem ad intellectum, et nunquam per ordinem ad voluntatem definit.

471 Probatur 1° ratione: facere ens rationis, est reddere objective existens aliquid repugnans; sed voluntas creata nequit reddere aliquid repugnans objective existens: Ergo. Major constat; minor probatur: reddere objective existens aliquid repugnans, est illud intentionaliter repraesentare; sed voluntas non est formaliter repraesentativa objecti: Ergo. Probatur minor: intentionaliter repraesentare formaliter objectum, est illud trahere ad se, et facere sibi praesens; sed voluntas non trahit ad se objectum, nec illud praesens sibi facit, sed fertur ad illud jam ab intellectu propositum: Ergo.

472 Major est certa; minor autem constat, tum ex illo axiomate, quod D. Augustino tribui solet: nihil volitum, quin praecognitum: per cognitionem fit enim praesens intentionaliter objectum voluntatis; tum etiam quia voluntas est potentia caeca, quae talis dicitur quia ex suis intrinsecis caret lumine intentus, ut illi objectum formaliter praesens faciat. Minor infertur, quia repraesentare est rem praesentem facere. Ergo si voluntas supponit objectum formaliter praesens per cognitionem, non erit formaliter objecti repraesentativa, et consequenter etc.

§ 2us

Argumenta tum ex littera D.s Subtilis, tum a ratione desumta diluuntur.

473 Arguitur 1° ex 2° Sent. in 3° distin. 26 quest. unica. n. B dicente: voluntas in positio coloratio et ut sicut non separando suum obiectum post causare in eo respy rationis, sicut voluntas: Ergo etc. Et Ibi exipso: nullum ens rationis nobis nisi per novgactum intus et voluntati. Ergo etc. Ad haec et similes Athaitalus respondet Doctorem loqui de ente rationis fundamentaliter, seu materialiter accepto, nempe de denominatione extrinseca derelicta, et ente intus, quam voluntati, non vero de illo formaliter accepto.

474 Arguitur 2° voluntas creata potest coniungere duo extrema, quae ex natura rei repugnant adconiungi, sed hoc facere ens rationis. Ergo etc. Prima maior iuxta Doctorem Subtilem in 2° distinctione 6 quest. 1ª per totum voluntas Luciferi appetivit sibi aequalitatem Dei (ut admittatur casus quia Doctor esse possibile iudicat) sed in tali casu coniungit saltem affective aequalitatem Dei cum natura angelica, quae duo inter se repugnant. Ergo etc.

475 Maior patet, quia tunc voluit se esse aequalem Deo, sicque aequalitatem Dei sibi ipsi atribuit. Minor infert: Confirmat declarando Scotus mentem: talis aequalitas Dei fuit ab intus Angelico talis proposita voluntati, ut si ipsa solum executive, speculative aequalitatem attingeret, nullatenus erraret; sed in casu dicto voluntas Angeli erravit et non intus: Ergo non tantum executive, speculative angelus voluit aequalitatem Dei sibi repugnantem.

476 Hoc est principale fundamentum opinionis oppositae. Ad quod (variis responsionibus relictis) respondetur negando maiorem; ad cuius probationem nego ipsa maiori, negatur minimo imo supposito, scilicet, quod voluntas sit coniunctiva, hoc enim pertinet ad linguam repraesentativam, de qua voluntas non est. Coniungere enim affective nihil aliud est quam velle, seu desiderare coniunctum factum ab intus, sicut est in esse repraesentativo formaliter tali. Cum autem hoc coniunctum Angelus aequalis Deo, non fuerit prius factum ab intus in esse repraesentativo, et obiectivo, inde est, quod non potuit voluntas coniungere affective, appetens sibi aequalitatem Dei.

477 Ad confirmationem distinguo maiorem: talis aequalitas [illegible] nullatenus erraret, errore consistente in indebita, et inordinata separatione summi boni ad se, nego. Errore consistente in coniunctione obiectivae repugnantis, concedo, et in eodem sensu minorem distinguit, ea que distinctione exponit Doctor. Ponens enim ait quod voluntas volendo, quasi volitione colativa summum bonum, cui non convenit, erravit, eo quod aliquid fingat; sed quia volendo inordinate sibi summum bonum peccavit, et demeruit in hac inordinata volitione.

478 Quod

hic sit mens D. patet, et indicant ejus verba sup. numero 8.° ubi ponens exempla ad explicandam volitionem efficacem, et complacentiae, ex sub distinctione sic ait: exemplum. Uno modo
» do infirmus sperans sanitatem vult sanitatem, et alio modo infirmus desperans
» sanitatem vult etiam sanitatem, hic quia sperat sanitatem in sibi possibilem, et habet respe
» ejus volitionem efficacem, et imperat ibi medijs inducentibus sanitatem.

479 Sed desperans vult vo-
» litione complacentiae, sed non volitione efficaci, quia non quaerit media inducentia sanitatem,
» propter quod non existimat illam posse sibi adquiri. Sed ista volitio 2.a, nempe solum complacentiae, potest
» esse impossibilis, et hoc sufficit ad meritum, et demeritum, quia etsi sit imposi-
» bilis tamen potest consentire illi pleno consensu. Et ista volitione potuit Angelus appe-
» tere equalitatem divinam

480 Ecce demeruit Angelus in tali volitione quia peccavit vo-
lendo inordinate esse equalem Deo, si posset, et in hoc complacuit: unde error fuit
in ejus voluntate, neque in intellectu. Tum quia ex D. S. hoc fuit obstrusum voluntatis
intellectu non errante; intellectus enim Angeli scientia erat plenus, et elevatione spiritus. Tum,
quia tali peccato deesset malitia in voluntate. Tum denique, quia non curavit de me-
dijs, ut infirmus desperans sanitatem.

481 Arguitur ultimo: non minus voluntas, quam intellectus
pendit intentionaliter in objectum; sed intellectus ens rationis facit: Ergo et voluntas. Probatur major:
non minus voluntas quam intellectus habet virtutem producendi intentionaliter: Ergo etc. Probatur antecedens:
ideo intellectus producit intentionaliter ens rationis, quia attingit sub ratione entis, et veri,
quod verum ens non est; sed voluntas attingit sub ratione boni, quod vere bonum non est; Ergo etc.

482 Respon-
det negando majorem, ante probationis, et istius probationis majorem distinguitur: ideo intellectus etc.
quia attingit repraesentative sub ratione entis etc., concedo; quia praecise attingit, nego.
Voluntas creata quando fertur in objectum sub ratione bonitatis, talis bonitas praesupponitur
formaliter ficta, et posita in ipso objecto, si illam non habet, et postea voluntas tendit in tale
objectum, ideoque non attingit illud repraesentative, sicut intellectus, quiquidem modus attingen-
di ens rationis requiritur ad illud efformandum.

Liber primus logicae magnae

De attinentibus ad primam intellectus operationem.

Distinctio ~~unica~~ Prima de natura communi-

Secundo metaphysica universali
Quaestio 1a

Utrum detur à parte rei natura communis praedicamentales?

§ 1us

Aliquibus suppositis nostra Scholastica ponitur et rationibus probatur.

483 Adsvertendum 1o, quod universale multiplex potest esse. Aliud est universale in significando, et tale se habent voces, et conceptus res significantes, ut vox, et conceptus homo repraesentantis omnes homines. Aliud in causando, et dicitur illud quod plures effectus specie distinctos producere potest, quo sensu Deus, et Sol dicuntur causae universales. Aliud in essendo, et est natura communis apta ad essendum in multis, ut natura humana, quae apta est ad essendum in pluribus hominibus. Denique aliud est universale in praedicando, et est illud, quod de pluribus inferioribus praedicari potest, ut homo de omnibus hominibus.

484 Solum agimus in praesenti de universali in essendo, et praedicando: quod dupliciter considerari valet; vel cum aptitudine proxima supposititiva, quam in universali logico reperitur; vel cum aptitudine remota, seu negativa, quam habet universale metaphysicum, remotum, quod in proprie dicitur universale, et potius vocari debet natura communis; ideo quaeritur utrum à parte rei detur, et natura communis à parte rei.

485 Sed ut clarius procedamus, notari debet, quod, ut habet, quod singulare teste D. S. in 2o dist. 3a quaest. 1a, dupliciter accipi potest; scilicet, per se 1o, et est ipsa ratio singularis fundi; quae singularitas appellatur. Per se 2o, et est individuum; ut Petrus &c. Tertio per accidens, et est natura, quae realiter identificatur cum singularitate; dicitur que per accidens singularis, quia essentialiter singularis non est.

486 His notatis 1a sententia defendit, nullam dari naturam communem à parte rei. Ita nominales cum suo Principe Occamo. 2a asserit non solum dari à parte rei naturas, quae universales vocantur, sed hujusmodi naturas esse quasdam ideas à singularibus separatas, et in tracto Lunae supra effera elementorum collocatas; quae naturas à pluribus vocantur ideae Platonicae, eo quod hanc sententiam Aristoteles imposuit tribuit. 3a denique sustinet: dari à parte rei naturas communes, non à singularibus separata, sed cum illis realiter identificatas, haec sententia ut pote peripatetica, et Scholastica est nostra defensanda. Probatur

487 Probatur 1a pars rationes Aristotelis: si in rerum non daretur natura communis, non daretur scientia, saltem propria; sed hoc est absurdum: ergo. Sequela patet, quia scientia non est de singularibus, nec de vocibus, nec de conceptibus, sed de universalibus: ergo necessario secundum est praeter singularia, et praeter universalia in significando dari etiam universalia in essendo, seu naturas communes.

ōgē
ñagn̄ 488 Confirmatur in hac propositione, Petrus est Petrus aliquid praedicatur de Petro, quod non est aliquid singulare, nec aliqua vox, vel conceptus: ergo aliqua natura communis. Ubi quoad primam partem patet, nam hic sensus esset: Petrus est vox Petri, vel conceptus Petri, quod est absurdum. Quoad secundam partem probatur: si enim praedicatum supponit pro aliquo singulari, vel hoc singulare est Petrus, vel Paulus et sic de aliis, hac propositio esset nugatoria, quia equivaleret huic Petrus est Petrus, si dicatur, esset falsa, quia sensus esset, Petrus est Paulus: ergo etc.

489 Sed probatur 2a pars Antecedentis: implicat essentiam separari ab essentiis esse separatam ab illo, cujus est essentia; sed naturae communes sunt de essentia singularium, et alia de essentia Petri, Petri de essentia Pauli: ergo naturae communes nequeunt esse a singularibus separatae. Probatur 3a pars: naturae communes essentialiter praedicantur de pluribus inferioribus, vel ut tota essentia, vel ut pars essentiae: ergo debent esse cum inferioribus identificatae. Probatur dictum, nam veritas propositionis, praesertim essentialis, fundatur in identitate praedicati cum subjecto, juxta illud principium, ab eo quod res est, vel non est, propositio dicitur vera, vel falsa: ergo etc.

§ 2us

Argumenta contraria diluuntur.

490 Arguitur 1o omne quod existit a parte rei est singulare: ergo non dantur naturae communes. Probatur antecedens: omne quod datur a parte rei, vel est Deus, qui est singularissimus, vel creatura, quae etiam est singularis, quia est terminus actionis productivae, et actiones sunt circa singularia ex Philosopho 1o metaphysicae: ergo etc. Confirmatur 1o: ad existentiam requiritur singularitas: ergo natura communis non potest a parte rei existere. Confirmatur 2o: nulla natura est a parte rei abstracta, et praecisa, quia praecisio fit ab intellectu: ergo etc.

491 Distinguo antecedens: omne quod existit a parte rei est singulare, vel per se et formaliter, vel per accidens et identice, concedo; intrinsece et per se praecise, nego; cum qua distinctione reliqua resolvit. Nam itaque naturae communes, quae sunt in singularibus, intrinsece, et per se, seu ex sua ratione formali non sunt singulares, sed fiunt tales ratione identitatis quam habent cum singularitatibus. Unde sunt singulares identice, et extrinsece, quatenus singularitatibus non sunt de ratione quidditativa naturae. Sed nota ex Doctore Subtili, quod actionem productivam terminant ad totam entitatem, unde nec sola natura, nec sola singularitas producitur, sed natura simul cum singularitate.

492 Ad 1am confirmationem respondeo, distinguo consequens: ergo natura communis non potest existere a parte rei separata a singularitate, concedo; simul cum illa, nego. Ad 2am confirmationem distinguo antecedens: nulla natura est a parte rei abstracta, et praecisa praecisione, vel abstractione dicente separationem, concedo, non dicente, nego. Praecisio enim non separat naturam a singularitatibus, sed sistit in eo quod, vel sit conceptibilis, vel concipiatur non conceptis singularitatibus, sine quibus esse non potest.

493 Arguitur 2o: ideo a parte rei dantur naturae communes quia sine illis

nequit dari scientia. Sed ad hoc desunt necessaria: Ergo etc. Resp. N. mi.: de singularibus potest dari, dicitur: Ergo etc. Probatur: hic est vera, et scientifica demonstratio: omne individuum est incommunicabile; sed omne singulare est individuum: Ergo omne singulare est incommunicabile; sed haec omnia sunt singularia: Ergo etc.

194 Firmatur: ideo ex singularibus non datur scientia, quia sunt corruptibilia; sed etiam naturae communes corruptibiles sunt: Ergo etc. Resp. N. mi.: sicut producit Pater producuntur et natura essentialia, ita destructo destruuntur; sed naturae communes sunt praeter essentialia singularium. Ergo etc. = Nego minorem, et distinguo anteced. probationis: De singularibus in quantum conveniunt in aliqua natura communi potest dari scientia, omitto, (quia pauci dicunt posse dari scientiam etc. non propria, et ... quia singulare non habet passiones demonstrabiles) de singularibus ut talibus nego.

195 Singularia duplici possunt accipi: 1) in quantum conveniunt in aliqua ratione obiectiva, sub, in ratione individui, et in hoc sensu fatemur posse de illis dari scientiam, quia tunc scientia est de natura communi ipsis singularibus: 2) possunt sumi ut talia, seu quatenus omnimode distinguntur, et sic de illis non potest dari scientia. Ad confirmationem distinguo minorem: naturae communes physice consideratae sunt corruptibiles, concedo; metaphysice, nego; quia sic consistunt in inectione praeter essentialia, quae ingenerabilia, et incorruptibilia sunt.

[illegible]

196 Arguitur denique: natura non potest esse sine proprietate, nec potuit contrahi per Paulitatem; sed illa possunt separari quorum unum potest esse sine alio: Ergo naturae communes possunt existere separatae a singularitatibus, et non identificatae cum illis. == Respondeo distinguendo majorem: potuit contrahi per Paulitatem ante eius productionem, et existentiam, concedo; post productionem, et existentiam, nego; et sic distinguo min.am, et neg. cons.

197 Sicut Deus produxit naturam Petri cum Petreitate, potuit illam producere cum Paulitate; ideoque ante eius productionem natura Petri nec intelligebatur distincta, nec identificata cum Petreitate, indifferens ad esse in Petro, vel in Paulo: postquam vero iam fuit producta cum Petreitate, identificata est cum tali singularitate, nec potest existere sine illa, quia sicut cum illa fuit producta, ita simul existebat, nec potest una sine alia remanere.

Quaestio 2a

Utrum naturae communes habeant a parte rei unitatem formalem minorem numerali? Sequens aliquibus notatis mens Scoti suadetur.

198 Supponendum est 1o: naturam communem in quadruplici statu posse considerari 1o pe

scilicet quae sunt praedicata essentialia, quae dicit in 1° modo dicendi per se; quo semper ait Aristoteles perseitas tantum est aequinitas: 2°, quae sunt praedicata essentialia, et etiam secundum rationes, et proprietates quae sunt rationes essentiales consequuntur, et dicuntur praedicata de 2° modo dicendi per se. 3°, in quantum etiam addit differentias contractivas, scilicet singularitatem, et hic status vocatur existentiae et contractionis ad singularia ... in statu existentiae activae, quod habet ab intra perspicientem.

199 Supponendum est 2° quod unum est indivisum in se, et divisum a quolibet alio. Ita Aristoteles 1° metaphysicae capite 5°. Unde unitas potest describi, carentia divisionis. Cum autem unitas, et divisio opponantur, tot erunt unitates, quot sunt divisiones. Divisio autem est duplex: materialis, et formalis. 1a est quae causatur per haecceitates, singularitates, seu differentias individuales, quae dicuntur principia materialia, quia non pertinent ad esse formale, et essentiale rei; talis est divisio Petri in Petrum et Paulum. 2a est quae causatur per principia formalia, sive per differentias essentiales, sive specificas, sive genericas, verbi gratia, divisio animalis in hominem et equum.

200 Unde pari passu unitas alia est formalis, materialis quo, seu numeralis alia. 1a est indivisio per principia formalia, seu per differentias essentiales, verbi gratia, unitas cujuslibet naturae communis, sive genericae, sive specificae, quia generica non dividitur per principia generica, nec specifica per principia specifica, verbi gratia, animal, homo. 2a est indivisio per principia materialia, talis est unitas cujuslibet individui, verbi gratia, Petri. Ex quo sequitur quod unitas numeralis est major omnibus, quia nullam admittit divisionem; formalis vero minor, quia divisionem numeralem admittunt, similiter generica est minor specifica.

201 His suppositis, Thomistae refertiones communiter docent, naturam communem a parte rei tantum habere unitatem numericam; et in 1° statu, quem vocant solitudinis, solum habere unitatem formalem negativam, quatenus de se non est una, nec plures. Contra vero Scotistae substinent naturas communes, licet in 1° statu quidditativo non habeant positivam unitatem, tamen illam habent in 2° et 3° statu. Idem tenet Calletanus dicens, hanc doctrinam adeo esse per se manifestam, ut a nemine sanae mentis negari possit. Cum hac communi sententia asserimus

202 Naturas communes habere a parte rei unitatem formalem positivam minorem numerali. Sic Doctor Subtilis in 2° dist. 3a quaest. 1a, ubi subtiliter ipsam unitatem explicans, concludit: hoc communi modo intelligo naturam habere unitatem formalem realem minorem unitate numerali. Probatur nostra conclusio ex Aristotele 5° metaphysicae textu 11 dicente: Universaliter enim quaecunque non habent divisionem, inquantum non habent, sic unum dicuntur, et sic inquantum homo non habet divisionem unus homo, si vero inquantum animal unum animal; sed natura hominis, et animalis non habent a parte rei divisionem per principia forma–

lia: Ergo habent unitatem formalem.

203 Ad 3um Ratione fundamentali D.: quod a parte rei est ens reale positivum, habet a parte rei unitatem realem in eo gradu in quo est ens reale; sed nam alis et vtes a parte rei sunt entia realia positiva: Ergo a parte rei et Patet D.; maior et vtes in gradu formali, et essentiali sunt entia: Ergo illis correspondet propria unitas formalis, et essentialis; sicut quia singularia, ut talia sunt entia in gradu materiali, habent unitatem numeralem, seu materialem. Firmatur: quaelibet nam communis esse est definibilis quidditative, et essentialiter; sed nihil definiri potest nisi sit per se unum exstabile: Ergo si nam communis esse definibilis est essentialiter per se habent unitatem formalem.

§ 2us

Argumenta Thomistarum proſternuntur.

204 Arguitur 1o ex illustrissimo Palancos: nam communis a parte rei est divisa per ea principia formalia: Ergo. Probatur: prata formalia cujuscumque nam sunt a parte rei distincta, et divisa; nam identificantur cum pluribus individuis distinctis: Ergo. Firmatur 1o: vtes a parte rei non solum multiplicatur per Petreitatem, et Paulcitatem, sed etiam per aliitatem et rationalitatem, quia a parte rei non solum dat multiplex individuum, sed etiam multiplex animal, multiplex rationales, sed hae sunt principia formalia: Ergo. Firmatur 2o: si nam esset formaliter una, inter omnes vtes daretur unica, et indivisibilis essentia, ac per D.em misterium SS Trinitatis, quod est absurdum: Ergo.

205 Ante solutionem argumenti praeceditur equivocationem, notante littera D. S. in 2o dist. 3a quaest. 7a n. 7o dicentis: quod differentia formalis potest accipi pro differentia in forma, et hoc videtur proprie significare hoc quod » dicit differentia formalis; potest accipi pro differentia formarum, ut in ratione differentis. Ideo quando non sequitur, formae differunt: Ergo formaliter differunt, vel differunt in forma; sicut non sequitur plures vtes differunt: igitur in humanitate differunt. Aliud enim est, aliquid distinguere, et aliud esse rationem distinguendi, vel distinctionis; quia cum hoc, quod ipsum sit distinctum, stat quod non sit ratio distinguendi

206 Hoc notato, nego antecedens, et distinguo: prata formalia nam sunt a parte rei divisa entitative, et materialiter, concedo; formaliter, et essentialiter, nego antecedens et Totum: ex qua distinctione totum resolvitur. Cum nam creata sit ratio divisa, non vero ratio formalis dividendi, qualis est hecitas, quae cum sit principium materialitatis causat divisionem materialem, seu numeralem; verum est quod Petrus, et Paulus sunt distincti vtes; sed non distincti in ratione formali vtes, seu in natura humana.

207 Haec nunquam potest esse sicut divina, nam haec non solum est una formaliter, verum etiam una numerice, et materialiter in tribus Divinis Personis

in qua praeter qui infinitas, communicatur pluribus absque ulla divisione etiam numerali, oppositum evenit in natura creata, neque etsi sit una formaliter, et essentialiter in pluribus, non vero numerica, et realiter. Ergo. In quo consistit mysterium SS. Trinitatis.

208 Arguitur 2°. et est instantia solutionis natura humana a parte rei est una realiter formaliter, et etiam una realiter entitative. Ergo implicat naturam esse entitative divisam, et formaliter unam. Probatur antecedens: unitas formalis est unitas in essentia, et unitas entitativa est unitas in entitate; sed natura quae est una realiter in essentia, et una est una realiter in entitate. Ergo. Confirmatur: entitas est praedicatum essentiale, et formale individuorum; sed Petrus, et Paulus juxta nos non distinguuntur in praedicatis essentialibus: Ergo non distinguuntur in entitate.

209 Respondeo distinguendo majorem probationis: unitas formalis est unitas in essentia, et unitas entitativa est unitas in entitate participialiter accepta, concedo; nominaliter capta, nego; et in veritate non multum distinguitur. Entitas, sive entitas potest duplicitur sumi: 1° formaliter, seu nominaliter, in quo sensu dicit essentiam, seu naturam abstractam ab omni differentia individuali, existentia, loco, et tempore. 2° modo materialiter, seu participialiter, et sic intelligitur entitas determinata, non solum quoad singularitatem, sed etiam quoad existentiam, et alias conditiones individuales. In 1° sensu unitas in essentia est unitas in entitate, quia sic idem sunt entitas ac essentia, non vero in 2°.

210 Ad confirmationem distinguo majorem: entitas formalis seu essentialis est praedicatum formale, et essentiale individuorum, concedo; entitas materialis participialis, nego. Entitas formalis individuorum est ens rationale, in hoc formaliter conveniunt omnes individui; entitas materialis est entitas individui, et sic tot sunt entitates, quot individua. Adnotavalde, quod aliud est essentiam individuorum esse divisam, et aliud individua esse divisa in essentia, sicut aliud est essentia distincta, et aliud essentia distincta essentialiter. Essentia Petri et Pauli est distincta, sed non essentialiter, sed materialiter.

211 Arguitur 3° natura humana a parte rei non est indivisa: Ergo saltem in statu abstractionis non servat unitatem formalem. Probatur antecedens: eadem natura non potest esse realiter divisa, et realiter indivisa; sed natura humana a parte rei est realiter divisa per singularitates: Ergo. Distinguo antecedens natura humana a parte rei non est indivisa materialiter, concedo; formaliter, nego; et distinguo majorem probationis: eadem natura non potest esse realiter indivisa, et realiter divisa in eadem linea, concedo; in diversis lineis, nego.

212 Natura a parte rei est divisa realiter numeraliter, entitative, et materialiter; est tamen indivisa formaliter et essentialiter. Divisio et indivisio tantum opponuntur quando sunt ejusdem lineae.

ex quo sequitur quod natura ... et in statu abstractionis deservit unitatem formalem quam habet in statu existentiae. Et ratio: quia praedicata, quae conveniunt naturae in statu existentiae del. 1° 2° modo, conveniunt illi in statu existentiae, unde ut in quocumque statu exa- minabili et visibili; sed unitas formalis convenit naturae in statu existentiae in 2° modo, ergo sit proprio illius: Ergo etc.

243 Sed dices contra: divisio numeralis, est divisio singularis, unitas vero formalis est unitas communis; sed singulare, et commune opponuntur: Ergo etc. — Distinguo minorem opponuntur quantum ad unum esse aliud, concedo; quantum ad unum esse cum alio, Sub distinguo: singulare per se, et commune per se, concedo; singulare per accidens, et commune per se, nego. Natura enim, et ejus unitas sunt per se communes, et per accidens singulare, sic quae non oppo- nunt.

244 Urgebis 1°: natura divisa per principia formalia non est formaliter una; sed natura generica est natura aliis dividitur per principia formalia, scilicet, per differentias specificas, et specialiter rationalitatis, et irrationalitatis: Ergo natura aliis non habet unitatem formalem. — Distinguo minorem: est divisa per principia formalia specifica, concedo; generica, nego. Et eadem distinctione sequens distinguatur. Solutio patet ex dictis. Unde cum Dr S.^s in 2° dist. 3^a quaest. 1^a loquens de unitate formali ait: nam genericam non esse unum tali unitate hoc nest de unitate specifica ut patet ex littera

245 Florentinus quaest...
hic notat quod unitas formalis non multiplicatur ad multiplicationem individuorum, ita ut in quolibet individuo detur unitas formalis realiter entitative distincta ab unitate alterius: hoc patet, quia natura multiplicatur numeraliter entitative: Ergo etiam unitas formalis illius sequens. Et tamen notatur, quod unitas formalis est ejusdem rationis in omnibus individuis formaliter sumpta; Ceterum materialiter inspecta est distincta, sicut ipsa natura, ad quam sequitur

Quaestio 3^a

An naturae sint communes per in existentiam, an per indifferentiam?

S.^{us} Sensus quaestionis aperitur, alia supponitur, et 1° resolbitur.

246 Prohibitis difficultatibus intelligentias supponitur, quod communitas (id est intelligo de unitate) est 2plex: per in existentiam, et per indifferentiam naturam esse communem per in existentiam est, naturam indivisam entitative manentem actu esse in pluribus simul, ut contingit in natura divina, quae per ipsius indivisa est in tribus divinis Personis, naturam esse communem per indifferentiam est, esse indifferentem ad fundandum in pluribus non simul, sed successive sive indeterminate in uno, scilicet, vel in alio.

247 Unde tales communitates conveniunt in respicere plura, differunt tamen in modo: una, scilicet, ita ut

sit, sed posit esse in pluribus simul; alia vero indiferentia, ita ut quantum est de se posit esse in uno, et in alio. Unde scire oportet, aliud esse posse simul esse in pluribus, et aliud posse in aliis esse simul. Primum dicit simultatem potentiae, quae stat cum divisione ex parte actus; 2um dicit potentiam simultati, quae respicit simultatem actus, sed ut quod exi[s]tentia utriusque stremi.

218 Notandum est 2º quod communitas per indiferentiam alia est positiva, et alia negativa, sed potius una, et eadem, quae positiva vocatur ratione status abstractivi, eo quod consideratur denudata ab omni contractioni, in tantum quae spedita: haec eadem negativa dicitur ratione contractionis ad aliquod individuum, quia in tali statu est ligata, seu impedita ad essendum in alio, licet secundum se considerata adhuc sit indiferens, et ex suis intrinsecis non magis petat singularitatem quam habet, quam alia.

219 Ubi notatis non loquimur in praesenti de natura in statu abstractionis, sed de illa in rerum natura existente. Et sensus est, an una, et eadem natura entitative indivisa, seu indistincta reperiatur in omnibus inferioribus, ita ut humanitas Petri v. g. sit eadem humanitas Pauli &, et solum distinguantur strinseca ratione diferentiarum? Anvero tot sint naturae in inferioribus, quot sunt inferiora, ita ut istae naturae in inferioribus existentes inter se comparatae sint distinctae.

220 Circa quam dificultatem duplex versatur sententia. 1a asserit naturam humanam v. g. in singularibus existentem esse per insistentiam communem, ita ut una, et eadem entitative humanitas, sit in Petro, Paulo & hanc sententiam substinent aliqui Antiqui Schotistae. 2a substinet naturam solum esse communem per indiferentiam negativam. Ita Doctor Subtilis cum Majori, et nobiliori parte Schotistarum; cum quibus Nostram Doctrinam aponimus: Naturae sunt communes a parte rei per indiferentiam negativam. Doctrina est Doctoris Subtilis in 1º, dist 3ª, quaest 1ª, ubi fusse in diferentiam naturae tractat sed audiat S. Sa. Dra. n. 9º, ubi ita ait.

221 Ad 2am instantiam
» de Damasceno dico, quod eodem modo, quo in Divinis commune est unum reale, eodem modo commune
» e creaturis non est unum reale: hoc enim ponendo esset ponere, quod aliqua natura creata non divisa per se crearet de mul-
» tis individuis praedicatione dicente: hoc est hoc, sicut dicitur Pater est Deus et Filius est idem Deus; tamen
» in creaturis est aliquod commune unum unitate reali, minori numerali; et illud quidem commune non est ita
» commune, quod sit praedicabile de multis; licet sit ita commune, quod non repugnet sibi esse in alio, quam in eo,
» in quo est.

222 Deduxit ratione deductae ex Doctore Subtili: si natura praedicamentalis esset communis per insistentiam, idem indistincta realiter esset per identitatem in pluribus, et realiter distinctis; sed hoc nequit

esse: Ergo Beatissima mater sicut individuum creatum esset per identitatem in pluribus realiter distinctis esset in creatis unum ex quo plura realiter identificarentur; sed hoc nequit esse alias in creatis esset misterium SS. Trinitatis quod in Divinis invenitur quod ipsius praecipue stat in repugnantia ad hoc principium quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se: Ergo &c.

223 Probatur 2°

alia ratione: ex contraria sententia sequitur Deum non posse unum individuum annihilare, et alterum creare: Ergo &c. Probatur sequela: creatio a productio totius entis ex nihilo, et annihilatio totalis destructio: modo sic: Deus volens creare Antichristum, v.g., non posset, quia jam de facto natura ejus existit in me. Ergo jam praeexisteret aliquid Antichristi, et consequenter productio ejus non esset creatio, et similiter de annihilatione

§ 2us

Argumenta solvit opposita.

224 Arguitur 1° si natura praedicamentalis esset communis perindifferentiam ex eo natura Petri v.g. esset apta ad essendum in multis; sed non est: Ergo. Probatur minor; non datur aptitudo ad id quod repugnat; sed repugnat naturae quae est in Petro esse in Paulo: Ergo &c. Confirmatur: eo quod praedicatur de superiori, etiam de inferiori; sed de Petro non praedicatur quod sit communis: Ergo nec de ejus natura, nisi distincta praedicatur etiam de Petro.

225 Distinguo minorem; sed natura Petri v.g. non est prime apta ad essendum in multis, concedo; remote, nego. Et minorem probationis distinguo non datur aptitudo ad id quod ab intrinseco repugnat, concedo; ab extrinseco, nego. Porro repugnantia cur natura Petri nequeat esse in aliis, non oritur ab intrinseco naturae, sed ab extrinseco, scilicet, a differentia individuali. Ad confirmationem distinguo minorem: eo quod praedicatur de superiori supponente simpliciter &c., nego; supponente personaliter, concedo.

226 Replicabis: natura humana communicat Petro: Ergo etiam communicat communitas perindifferentiam, cum hoc sit praedicatum realiter cum natura identificatum: Ergo denominat Petrum communem. Patet consequentia; quia forma existens in aliquo subiecto denominat illud tale. Respondeo distinguendo sic: denominat illud tale, si subiectum est capax talis denominationis, concedo; si non est capax, nego. Plures formae sunt in subiectis et eas tales non denominant propter eorum incapacitatem, sicut anima rationalis non denominat v.g. spiritualem, nec verbum humanitatem ejus filium Dei natum

227 Arguitur 2° natura Petri, et Pauli cum praecedunt haecceitates, non distinguuntur realiter: Ergo sunt idem realiter, et consequenter &c. Antecedens constat, quia pro illo signo priori non habet quo distinguantur, et si distinguuntur nulla est necessitas super addendi singularitates. Lucanus hoc argumentum omittendum, quia non

quimurae naturae ut praecedunt hesitatas, sed prout sunt cum illis, tamen respondeo cum Scotistis, tales naturae in illo priori non esse positive distinctas, sed solum negative, quia distinctio realis attenditur penes entitates, quae sunt capaces existentiae, quales non sunt capaces tales naturae pro illo priori.

228 Ut arguitur denique: in his propositionibus, Petrus est homo, Paulus est homo, juxta Scotistas, subjectum homo supponit pro natura, homo in una propositione, et pro alia in altera: Ergo homo non est praedicatum commune utrique subjecto. Probatur: nihil commune est a parte rei identificatum cum Petro, et Paulo. Confirmatur: quidquid affirmatur de Petro non potest affirmari de Paulo: Ergo nihil affirmatur utrique commune. Probatur minor: quidquid affirmatur de Petro, est humanitas, quae est in solo Petro: Ergo nequit affirmari de Paulo, alias affirmaretur de illo, quod in illo non est.

229 Respondetur distinguendo antecedens: non est praedicatum commune utrique subjecto per inexsistentiam, concedo; per indifferentiam, nego. Cum qua distinctione totum resolvitur. Ut proinde a parte rei sint de praedicato communi, non requiritur communitas per inexsistentiam: quare natura Petri, quia actualiter identificata cum illo, primo et actualiter de illo praedicatur, et quia quantum est ex se potest constituere aliud singulare, aptitudinaliter, et remote praedicatur de aliis, et talibus cum illis identificatur.

Quaestio Prolegomenalis

Ad distinctionem formalem ex natura rei

230 Cum distinctio formalis doctrinae Scoticae Caracter, clavis aurea, Corona, et fundamentum sit, merito aliis tractatibus anteponitur, ut sic ab initio Juniores Scotistae hoc pensum difficile ex profunditate, delectabile ex Subtilitate penetrare incipiant et firma doctrinae fundamenta solidare (ex) quibus doctrinae Scoticae edificia consurgant.

§. 1.us

Quid, et quotuplex sit distinctio cujusque extrema assignantur

231 De numero distinctionum difficultas est in Scholis. Sed ut possibili claritate procedamus, tantum duo genera distinctionum apponimus. Alia est distinctio ex natura rei, seu ante opus intellectus, et alia est distinctio rationis, seu per opus intellectus. In hoc nobiscum conveniunt thomistae: difficultas est in Subdivisione utriusque distinctionis. Primo thomistae non dividunt. Quo vero dividunt in distinctionem rationis ratiocinantis, et ratiocinatae. Prima est quae fingit intellectus absque fundamento in re, ut si conciperet Petrum a se ipso distinctum. 2.a est cum fundamento in re, ut distinctio inter differentias ut sic, et tales differentias.

232 Distinctio ex natura rei, quae etiam appellatur realis, dividitur a Scotistis in distinctionem realem absolutam, strictam, simpliciter et maximam (quae nomina idem sonant) et distinctionem realem formalem. 1.a quae

dat inter as et as. 2ª quæ versat inter formalitatem et formalitatem. Distinctio realis absoluta alia ē generica, alia specifica, et numerica alia. 1ª ē quæ datur inter ea quæ genere differunt ut al, et lapis. 2ª inter ea quæ licet genere conveniant, specie distinguuntur, ut Homo et equus. Et 3ª quæ versatur inter duos singularia, ut inter Petrum et Paulum.

233 Plura assignant signa ad noscendam distinctionem realem absolutam. Scotus vidit aliquid quod separatio ē sufficiens et adequatum signum illius. Hæc ē 3plex: aptitudinalis, potentialis, et personalis. 1ª convenit illis, quorum unum actu existit sine alio ut corpus sine anima. 2ª convenit illis, quæ licet actu non separentur possunt separari, ut accidens a subjecto, materia a forma. Et 3ª convenit illis, quæ nec separantur, nec separari possunt, cæterum se habent ad modum separabilium, quia illis conveniunt aliqua prædicata quæ conveniunt separabilibus; ut producere, et produci; sic se habent Personæ Divinæ inter se.

234 Signa autem distinctionis realis formalis varia assignant, quæ ad 3ª reducuntur. 1m ē diversitas definitionis. Quoties enim gradus, seu perfectiones ejusdem rei definiuntur diversis definitionibus quidditativis, et intrinsecis, tales gradus sunt realiter formaliter distincti. 2m simul ē diversitas susceptibilitatis adequatæ. Ideo enim intellectus perfecte, et adequate noscens habet diversos conceptus de formalitatibus ejusdem rei, quia tales formalitates realiter formaliter distinguuntur.

235 3m signum ē via contradictionis. Ideo enim de eadem re actualiter ante operationem intellectus verificantur duo prædicata contradictoria, rationes, seu formalitates, de quibus talia prædicata verificantur, formaliter ex natura rei distinguuntur. Sed ut amplius ad propositum accedamus, schema distinctionis formalis, quæ sunt realitates sicut distinctionis realis, quæ sunt res, explicari oportet. Res ergo, ut a formalitate distincta, ē ens metaphysice completum inordinabile respectu alterius, ut Petrus, Paulus etc.

236 Formalitas ē entitas incompleta ordinabilis respectu alterius ad constitutionem ejusdem rei, seu entitatis completæ. Ergo animalitas, et rationalitas, quæ sunt duæ formalitates ordinabiles ad constituendum Hominem, et quælibet non ē tota res, sed aliquid rei; ideoque vulgari solent aliquitates, seu realitates. Distinctio ergo formalis, quæ versatur inter dictas formalitates, sic definiri potest: ē exclusio unius formalitatis a conceptu formali alterius, sed identitas formalis ex 2ª S. in 1º dist. 2ª, quæst. 7ª ē inclusio unius formalitatis in conceptu formali alterius.

Lectio Potissima fundamenti;

Et Gloria Scholarum inter præta metaphica realiter identificata increatis detur distinctio formalis ex natura rei?

§[us]

Sensus dificultatis aperit, et quæstio resolbitur.

237 Pro hujus profundissimæ, celeberrimæque dificultatis claviori enodatione suponit [illegible] lus, quod præta realiter identificata sunt hujus distinctionis thema, et quod solum loquimur in creatis. Metaphica autem præta sunt illi gradus, qui a metaphisico, posquam illud subiectum intelligimus, sumuntur, seu ab illo, quasi curvitare videntur. Hoc patet in Homine, in quo statim ac constituitur videtur quasi dimanare aliquid gradus, videlicet, Corporis, viventis, alius [illegible], usque ad diferentiam individualem inclusive, per quod convenit, et diferet ab alijs rebus.

238 His suppositis, quæstio est, an gradus, seu formalitates ejusdem rei realiter identificatæ, sint distinctæ formaliter, actualiter, ante omnem operationem intellectus? Thomistæ, et alij defendunt, inter prædictos gradus, inter alitatem, et rationalitatem non dari distinctionem formalem ex natura rei; Contra vero Doctor Subtilis, et cum communi Scholæ substinent inter prædictos gradus, seu formalitates reperiri distinctionem formalem actualem ex natura rei. Hanc sententiam ut Patrimonium Scholæ, et legem Patriæ substinemus defensandam. Dicimus ergo:

239 Formalitates ejusdem rei realiter identificatæ sunt formaliter
" ex natura rei actualiter distinctæ. Probatur 1° Auctoritate Scoti in 1° distinctione 2a, quæstione 7a § [illegible] diferen-
" tia ubi ita ait: "est tamen in albedine aliquid reale, unde habet rationem coloris, et aliquid
" unde habet rationem diferentiæ et hæc realitas formaliter non illa realitate, nec est converso for-
" maliter, immo utraque est extra realitatem alterius, formaliter loquendo, sicut si essent duæ res,
" licet modo per identitatem istæ duæ realitates sint una res. Ergo ex Doctore.

Probatur 2° ex Aristotele pluribus
240
" in locis, sed præcipue 1° metaphicæ, textu 3°, ubi ita ait: ens, et unum sunt una natura, distin-
" cta vero ratione quidditativa. Et 5° ethicorum, inquit: virtutem, et justitiam esse eadem re, distin-
" cta vero ratione secundum quidditativam. Ergo Aristoteles adnoscit in eadem re plures rationes quiddi-
tativas; sed plures rationes quidditativas in eadem re sunt plures realitates realiter identifi-
catæ, et formaliter distinctæ: Ergo distinctio formalis est ad mentem Aristotelis.

241 Probatur nostra 3° fundamento
Scholastico: inter alias est ratio alia [illegible], quæ sunt præta creata realiter identificata, ali-

qua distinctio praecedens omnem operationem intellectus datur, sed est realis rationis ad rem: ergo formalis ex natura rei. Resp. neg. min.: illa quae realiter identificantur, si de illis verificantur praedicata contradictoria ante omnem operationem intellectus, est hoc evidenter inter illa debet dari aliqua distinctio ex natura rei; sed animal, et rationale realiter identificantur, et de illis verificantur praedicata contradictoria ante omnem operationem intellectus: ergo &c.

Maior est innegabilis. Probatur minor: de animali secundum animalitatem ante omnem operationem intellectus verificatur esse principium conveniendi cum equo, et de eo secundum rationalitatem esse principium differendi, seu non conveniendi cum illo; sed convenire, et non convenire sunt praedicata contradictoria: ergo &c. Probatur minor: ergo animal et homo ante omnem operationem intellectus sunt idem; sed utrumque non est rationalis: ergo &c.

Urgetur: id quod ante omnem operationem intellectus est ratio assimilandi hominem cum equo, est ratio conveniendi cum ipso, et contra id quod est ratio dissimilandi; sed animal ante omnem operationem intellectus est ratio assimilandi hominem cum equo, et rationale ratio dissimilandi: ergo &c. Resp. neg. min.: animal ante operationem intellectus est interne principium, et radix, a quo operationes sensitivae promanant, et rationale non est tale; sed in equo ante operationem intellectus animal est tale principium et radicis, et rationale non: ergo &c.

Instaurat urgentia: duae relationes altera similitudinis, et altera dissimilitudinis respectu ejusdem termini nequeunt esse in eodem fundamento; sed esse similem cum equo et non esse similem, seu esse dissimilem cum illo, sunt duae relationes terminatae ad eundem terminum, nempe, ad equum, et subjectatae in homine; ergo in homine debet dari duplex fundamentum; sed animal est ratio assimilandi hominem cum equo, et rationale ratio dissimilandi: ergo animal, et rationale in homine ante omnem operationem intellectus formaliter ex natura rei distinguuntur; et sequitur &c.

Inveneras huic efficaci fundamento solutiones Thomistae adhibent, vel ut melius dicant, ungue in numeris vocibus [illegible]. Caietanus respondet, hominem ante operationem intellectus solum fundamentaliter convenire cum equo, ideoque distinctio correspondens fundamentali, aliter virtualis est, non vero formalis. Sed contra: illa convenientia assignanda est, quae sit necessaria ad componendum distinctionem actualem inter animal, et rationale, sed haec convenientia est actualis: ergo &c.

Resp. neg. min.: illa convenientia assignanda est, quae sufficiat ad compositionem metaphysicam; sed sola convenientia, quae est necessaria ad componendum distinctionem actualem inter animal, et rationale, est sufficiens ad compositionem metaphysicam: ergo &c. Probatur ad hominem contra Thomistas: convenientia quae solum est sufficiens ad componendum distinctionem virtualem non sufficit, ut ex animali, et rationali fiat compositio metaphysica; nam si esset sufficiens inter ens et differentias Dei attributis daretur talis compositio, cum juxta ipsos praedicti gradus virtualiter distinguantur; sed hoc ab illis non admittitur: ergo &c.

Alij Thomistæ respondent negatæ probationi, quod ad verificandas propositiones contradictorias solum distinctio rationis sufficit, quia contradictio formalis siquidem non est nisi in intellectu, quia est affirmatio et negatio. Unde dicunt, quod contradictio formalis est ens rationis, et ad tollendum ens rationis aliud ens rationis sufficit. — Sed contra: distinctio solum potest tollere contradictionem sibi proportionatam: Ergo distinctio rationis solum potest tollere contradictionem rationis; atqui contradictoria in probatione adducta non sunt rationis, sed realia, sumpta ex natura rei: Ergo nequit illam tollere..

Contra dictum; licet hæc contradictoria: Homo convenit ex natura rei cum equo in ratione animalis, et non convenit in ratione rationalis, enuntientur per intellectum, tamen eorum veritas objectiva ab intellectu non dependet: Ergo etc. Deinde si talia contradictoria solum sunt in intellectu, eo quod intus ea enunciat: Ergo nulla propositio, quamvis necessaria sit, esset vera objective, quod est contra omnem proloquium: ab eo quod res est, vel non est propositio dicitur vera, vel falsa: Ergo etc.

Baconistæ respondent, contradictoria solum verificari in linea objicibili, non vero in absoluto; animal enim, dicunt, et rationale, habere diversas intelligibilitates, non vero entitates distinctas supra quas distinctio fundetur. Ergo quo constat distinctionem istam plus quam nomine distingui ab Scotica. Sed contra illam sic insurgo: plures cognoscibilitates distinctæ necessario supponunt in objecto plures formalitates absolute distinctas: Ergo etc.

Probatur: plures cognoscibilitates, seu repræsentabilitates supponunt plura objecta repræsentata, seu repræsentabilia; sed talis pluralitas repræsentata non est rerum: Ergo formalitatum absolutarum. Confirmatur: quia si tales cognoscibilitates a parte rei ex suis intrinsecis non distinguerentur, non erit necesse, cur cognoscibilitas alius pariat notitiam ipsius alis, et non cognoscibilitatem rationalis, cum eadem sit.

§ 2us

Arguta contrariorum solbuntur.

Arguitur: distinctio formalis ex natura rei, est media inter distinctionem realem, et rationis; sed implicat tale medium: Ergo implicat talis distinctio. Probatur minor: implicat medium inter ens reale et rationis. Ergo etc. Confirmatur: tot sunt genera entium, quot sunt distinctionum; sed tantum dantur duo genera entium, scilicet, ens realis, et rationis: Ergo etc. et consequens etc. — Distinguo majorem: implicat distinctio media inter realem simpliciter absolutam, et rationis, nego, inter distinctionem realem communem distinctioni reali absolutæ, et reali formali, concedo; et cum hac distinctione probatio distinguitur.

Ad confirmationem concedo toto silogismo, negatur ultima consequentia illatum. Itaque duplicitur potest sumi distinctio realis. Primo pro distinctione ex natura rei, et ante omne opus intellectus, et sic tam distinctio realis absoluta, quam formalis est distinctio realis. 2° modo stricte pro distinctione reali absoluta. Inter distinctionem realem primo modo suntæ

, et rationis, non datur medium, quia omnis distinctio, vel est ex natura rei, ante opus intellectus, vel est per opus intellectus: unde in hoc semper non est media. Realis vero semper est media, scilicet, inter realem absolutam, et rationis.

Similiter discurrendum est de ente reali, et rationis. Argumentum potius est pro nobis; quia sicut sunt genera entium, quot genera distinctionum, cum entium alia sint completa, seu res, aliaque incompleta, seu formalitates, sane alia erit distinctio rerum, seu realis absoluta, et alia distinctio formalitatum, seu realis formalis.

Arguitur 1º quæcunque distinctio à parte rei debet esse distinctio realis entitativa; sed distinctio formalis non est realis entitativa: ergo non datur. Probatur major: quæcunque distinctio sequitur ad entitatem, ut passio ejus; sed implicat à parte rei realitas, vel formalitas, quæ non sit entitas: ergo &c. = Confirmatur: si al: et rational: distinguerentur ante omnem opus intellectus, tanquam duo entia distinguerentur; sed quæ distinguuntur tanquam duo entia, realiter absolute distinguuntur: ergo &c.

Confirmatur 2º ex Scoto: si alitas, et rationalitas essent duæ realitates ex natura rei distinctæ, entitas unius esset formaliter distincta ab entitate alterius; sed hoc est falsum: ergo &c. Illud inquit est secta in Schola Scoti. Major argumentissime probatur, sed quia ejus probatio est prolixa, pariter ad eam omittitur. = Ad argumentum distinguo minorem probationis: sed implicat à parte rei realitas, vel formalitas, quæ non sit entitas incompleta, et ordinata, concedo; completa, et inordinata, implicat inter is, quia implicat formalitatem ut talem esse entitatem incompleta.

Ad confirmationem eadem distinctione respondeo. Ad 2am nego minorem, quam nec Scotus concedit, nec ejus Schola Scoticus enim in 1º dist. 2a, quæst. 7, hæc ait: dico quod in essentia divina ante actum intellectus est entitas A, et entitas B, et hæc non est formaliter illa: ergo Scotus sponte inquit entitatem unius formalitatis, esse formaliter distinctam ex natura rei ab entitate alterius. vel potest major distingui distinctione supra posita.

Arguitur 3º: distinctio formalis est major distinctione reali: ergo non datur inter formalitates realiter identificatas. Probatur ante 1º: illa est major distinctio, quæ datur per intimiora parta rei; sed distinctio formalis datur per prata intimiora, quam realis: ergo &c. ipsa major patet; quia distinctio specifica, et essentialis est major distinctione accidentali; quia illa datur per rationes essentiales, quæ sunt intimiores, ista, per accidentales. Probatur 2º idem ante: illa est major distinctio, quæ opponit majori identitati; sed distinctio formalis opponit majori identitati, quam realis; nam opponit identitati formali, quæ est major identitas: ergo &c.

Respondeo nego ante, et majorem utriusque probationis, nego illa

est maxima distinctio, quae magis opponitur unitati, et identitati: huic magis opponitur distinctio realis, quam formalis; quia cum distinctione reali nulla stat identitas; at vero cum distinctione formali stat unitas rei, seu identitas realis. Distinctio formalis solum identitatem formalem excludit; realis autem distinctio quamcumque identitatem. Et retorqueo argumentum: distinctio rationis opponitur majori identitati, quam distinctio realis, nam opponitur identitati rationis: ergo distinctio rationis erit major distinctione reali.

Arguitur 4º: ad, et rationale actualiter identificantur in homine, qui est entitas indivisibilis: ergo actualiter non distinguuntur inter se. Minor constat ex illo principio: quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se. Antecedens: si ad, et rationale a parte rei distinguerentur inter se, daretur incredibile misterium SS. Trinitatis; sed hoc est absurdum: ergo etc. Probatur maior: darentur duae formalitates, quae essent plura, et unum; sed hoc evenit in illo ineffabili misterio: ergo etc. Antecedens: non minus mirabile videtur, quod tres formalitates identificentur in unica entitate, quam tres personalitates in una essentia: ergo etc.

Responsio distinguendo antecedens: ad, et rationale actualiter a parte rei identificantur in homine, qui est entitas actualiter, realiter indivisibilis, concedo; formaliter indivisibilis, nego, et distinguo consequens: ergo actualiter realiter non distinguuntur inter se, concedo; actualiter formaliter, nego. Ad probationem dico cum D. S. in 1º dist. 2ª quaest. 7ª, ad primum principium sic esse intelligendum: quod quae sunt eadem alicui tertio in se indivisibili sunt eadem inter se ea identitate qua sunt in 3º, non majori, nec minori. In praesenti autem homo non est 3um formaliter indivisibilis, cum includat plures formalitates: unde non valet inferre identitatem formalem, sed tantum realem, cum 3um tantum realiter sit unum.

Ad 2um nego sequelam, et distinguo majorem probationis: darentur duae formalitates, quae essent plura formaliter, et unum realiter, concedo; plura realiter, et unum realiter, nego. In hoc misterio SS. Trinitatis consistit. Ad 3um nego suppositum, nempe, quod sit mirabile tres formalitates identificari realiter in eadem re. Hoc enim non est misterium inintelligibile, sicut enim intelligibile est, et non mirabile misterium, quod eadem essentia divina [illegible] in sententia Thomistarum includat magis et formam realiter inter se distinctas; ita non est minus quod in nostra sententia includat metaphisice plures realitates formaliter distinctas.

Arguitur 5º:
ideo alitas, et rationalitas formaliter ex natura rei distinguuntur, quia de homine 2um rationalitatem, et animalitatem verificantur convenire, et non convenire a parte rei cum bruto; sed hic ratio non probat: ergo etc. Probatur minor: partes 2ae rationis differentiae conveniunt cum paulleitate, et 2ae rationis talis differentiae non conveniunt; sed rationis differentiae et talis differentiae non distinguuntur formaliter

ex nat. rei: Ergo &c. Confirmatur: Deus, et Creatura conveniunt in ratione entis, et differunt in rationibus propriis; sed ratio entis, et rationes propriae Dei, et sunt realitates formaliter ex natura rei distinctae: Ergo &c.

Respondeo negando minorem; ad probationem distinguo majorem: conveniunt in ratione differentiae, et conveniunt in ratione totali differentiae per conceptus inadequatos, et apud nostrum intellectum imperfecte concipientem, concedo; per conceptus adequatos, et ex natura rei, et hac distinctione solum [illegible] distinctione ex natura rei, sed solum illa quae verificatur a parte rei, [illegible] ex natura rei [illegible] perfecte, et adequate conceptu conveniunt [illegible], et e contra in ratione alia.

[illegible] conveniunt quae in ratione differentiae inter paternitatem, et productionem, et in ratione entis inter Deum, et creaturam [illegible] ex natura rei, et per conceptus adequatos, sed per inadequatos, et apud intellectum imperfecte concipientem. Ratio hujus discriminis est quia differentiae individuales [illegible] Deus, et Creatura ex natura rei sunt diversa: De differentiis patet, quia sunt rationes ultimo [illegible] et distinctivae: de Deo, et Creatura etiam patet, quia quo aliqua plus distant, eo minus conveniunt; sed Deus, et Creatura summe distant: Ergo totaliter differunt, et in nullo a parte rei conveniunt.

Deus, enim et Creaturas, Paternitas, et Productio sunt primo diversa, quae se totis distinguuntur, et in nullo sunt conveniunt, [illegible] species et individua. [illegible] metaphysica et [illegible] sunt diversa, sed differentia, quia in aliquo conveniunt et in aliquo differunt, unde de Deo, et [illegible] ex natura rei verificatur a parte rei, et per conceptus adequatos, conveniunt [illegible] [illegible] de Paternitate, et Productione, de Deo, et Creatura.

Si replicabis: convenire [illegible] et [illegible] specifice sunt praedicata contradictoria, quia [illegible] [illegible] a parte rei, et verificatur convenire [illegible] realitatem, et [illegible] specifice per realitatem: Ergo &c. Distinguo minorem; sed a parte rei solum verificantur supposita distinctione formali ex natura rei, secus ablata tali distinctione, nego.

Arguitur 6. [illegible] [illegible] signum distinctionis formalis; sed [illegible] realitates definitionibus diversis definitae, et non distinguuntur formaliter ex natura rei: Ergo nullum est tale signum. Probatur minor [illegible] ut principium simplicis apprehensionis et ut principium judicii, et discursus [illegible] [illegible] definitae, et voluntas ut principium volitionis, et nolitionis: sed hae non distinguuntur formaliter ex natura rei: Ergo &c.

Respondeo ad haec et similia, quod quaelibet diversitas definitionum arguit distinctionem formalem ex natura rei, si sit diversitas definitionis intrinsecae, quidditativae, et adaequatae; et ratio, quia cuiuslibet definitio quidditativa, et adaequata explicat simpliciter quidditative, simul [illegible] unam simplicem formalitatem habere plures definitiones quidditativas, et adaequatas.

Sed notandum quod si definitiones dentur per ordinem ad notata extrinseca: sic in nostro definitio actus per ordinem ad obiectum sensitivum, si tales definitiones dantur per notata adaequata, et exhaurientia totam virtutem principii primi, tales definitiones arguunt distinctionem formalem ex natura rei, quia aequivalent definitionibus quidditativis adaequatis. Si vero dentur per notata extrinseca non exhaurientia virtutem principii primi, ut quando dantur de intellectu per simplicem apprehensionem, iudicium, et discursum, tales distinctionem non arguunt.

Pro complemento quaestionis dubitabis utrum natura superior distinguatur formaliter ex natura rei ab inferioribus; inferiora alia sunt directa, ut species et individuum, et alia indirecta, ut differentiae, [illegible]. Naturam superiorem distingui formaliter ex natura rei ab inferioribus indirectis, seu differentiis, quia sunt diversae formalitates, ut dictum manet; nunc tamen est difficultas an natura superior distinguatur formaliter ex natura rei ab inferioribus directis, scilicet an natura animalis ita distinguatur ab homine, et natura hominis a Petro.

Pro quo notare debebis, quod identitas formalis alia est adaequata, inadaequata quae alia. Prima est quae versatur inter extrema, quae mutuo adaequate, et totaliter se includunt ut identitas, quae identificat hominem, et rationale. 2a, quae versatur inter illa extrema, quorum unum se habet ut includens, et aliud ut inclusum, haec dicitur inclusi cum includente, illa includentis cum incluso. Prima reperitur in aliquo homine. 2a in homine et animali.

Hinc distinctio formalis alia est adaequata, inadaequata quae alia. Prima illa, quae datur inter extrema quorum unum nullo modo dicit, quod dicit aliud, includi in conceptu formali alterius. 2a vero illa, quae datur inter extrema quorum unum dicit aliquid praeter, seu excludit formaliter ab alio, et aliud praeter formaliter includit. Haec etiam inadaequata distinctio dicitur inclusi ab includente, et includentis ab incluso, sicut de identitate manet dictum.

His notatis, dico: inter naturas superiores, et inferiores primarias datur distinctio formalis ex natura rei inadaequata, et similiter identitas for—

malis inadequata. Pro illa dicitur distinctio formalis inadequata, quae versatur inter extrema, quorum unum includitur in alio; talis est distinctio, quae versatur inter naturas superiores, et inferiores, ut patet in animali respectu hominis. Ergo &c.

Probatur Secunda Pars:

distinctio formalis inadequata, scilicet est includentis ab incluso, seu inclusi ab includente; hoc est solum inter extrema, quae se habent ut inferius, et superius, reperiri potest: Ergo &c. Hoc fundatur in illo principio: totum est majus sua parte. Solum dico de identitate. Ergo &c. = Vel dices contra: implicat aliqua identificari, et distingui in eadem linea; sed juxta dicta hominis, et animal identificantur formaliter inadequate: Ergo nequeunt distingui formaliter inadequate. = Distinguo majorem: in eadem linea, et sub eadem ratione, concedo; sub diversa ratione, nego; et distinguo minorem; sed homo inquantum animal identificatur formaliter cum animali, concedo; homo inquantum rationale, nego. Solutio patet ex dictis.

Denique sciendum venit, quod Doctor Subtilis in 1º, dist. 8, quaestione 4ª respondeo, vocat distinctionem formalem ex natura rei, distinctionem rationis, et distinctionem virtualem; immo in forma quaerit sic: nunquid ibi debet poni aliqua distinctio? respondeo, melius est uti ista negativa, hoc non est formaliter idem, quam hoc est sic, et sic distincta. Ita Doctor locutus fuit quia tunc temporis distinctio ex natura rei pro distinctione rei a re usurpabat, et ita sobrie et modeste dixit: melius est uti ista negativa, ne distinctionem realem ponere in divinis perfectionibus videretur.

Distinctionem formalem ex natura rei vocat distinctionem rationis non in sensu thomistico, sed quia datur inter formalitates objicibiles intuitu, et non positive ad distinctionem realem rei a re. Vocat etiam illam distinctionem virtualem, non thomistice, sed quia res habens formalitates sic distinctas, continet saepe virtutem ad producendos effectus realiter distinctos

Distinctio 2da
De universali Logico.

Quatenus firmissimum universalitatis fundamentum ex pretiosissimis, solidissimisque lapidibus Scoticae doctrinae, sine cujus cognitione structura praedictis extra rationem periculo afficitur, absolvimus; a modo universalis logici, quod proprie universale est, operam persolvere conamur, ut unitas, et immunitas nostrorum apud intellectum in planum veniant; ideoque sit.

Quaestio 1ª
In quo formaliter consistat universale Logicum?
§ 1us

Aliqua supponunt, et 3° formant.

Pro resolutione difficultatis suppono 1°, quod universale ~~metaphysicum~~ logicum non datur à parte rei. Est contra aliquos thomistas. Hæc veritas patet ex D. S.^{ti} 7° metaphysice, quæst. tertia decima, n. 19 ubi ita ait: singularis ... quod universale completum est quod est in pluribus, et de pluribus, non actu, sed potentia propinqua, et tale nihil est nisi ex consideratione intus. Ergo ratione constat; nam universale metaphysicum primum, et completum fundamentum universalis logici non datur à parte rei, sed dependenter à consideratione intus: Ergo multo minus universale logicum dabitur ante opperationem intus.

Ad cujus intelligentiam notandum est 2°, quod universale metaphysicum aliud est remotum, et aliud primum. 1um est natura communis secundum unitatem sui existentiæ à parte rei. 2um est ipsa natura communis abstracta à singularibus, et considerata ut primo potens esse in illis ita D. S.^{ti} 7° metaphysice, quæst. 18, n. 6°. Unde universale metaphysicum primum non datur à parte rei, quia est illud supra quod immediate fundatur forma universalis logici; et ista non fundatur immediate supra naturam ut à parte rei existit, sed supra ipsam post considerationem intus.

Alis statutis, sentiæ universale logicum dicere per formali relationem: Ceterum diverse alii definiunt causam propter quam ... ut quilibet diversam relationem pro formali constitutivo universalis logici assignet; nam quædam dixerit, esse unum actu de pluribus praxi; quædam esse unum in multis; quædam vero utramque aptitudinem ponit in definitione, dum ait: est quod unum in multis, et de multis. Hinc orta est dissensio inter Auctores nam licet communiter conveniant universale non constitui per actum esse in multis, et ~~...~~, dici de illis nec per aptitudinem remotam, quæ datur à parte rei; quæ vero per aptitudinem primam ad esse in, l., dici de, l., per utramque constituat, valde discrepant.

Nos vero nullam ex prædictis autoritatibus à formali constitutivo universalis logici seludimus, ideoque dicimus: universale logicum formaliter constitui per aptitudinem primam ad esse, et prædicari de pluribus, tanquam in unica, et eadem aptitudine. 3° est contra communem modum Scholasticorum colligiturque ex D. S.^{ti} 7° metaphysice, quæst. 13, n. 19, ubi ita ait: universale completum est, quod est in pluribus, et de pluribus, non actu, sed potentia propinqua: Ergo ex D. &c.

Probatur ratione: illud est constitutivum alicujus rei, quod 1° distinguit rem ab omni non ipsa; sed aptitudo prima ad esse in pluribus, et prædicari de illis, 1° distinguit universale logicum ab omni non ipso: Ergo &c. Probatur minor: per talem aptitudinem distinguitur hoc universale ab universali metaphysico; siquidem istud est natura communis à parte rei per indifferentiam aptam ad esse in pluribus divisim: Ergo per aptitudinem ad esse, et prædicari de pluribus universale logicum &c, et consequenter &c.

Quod aptitudo ad esse, et prædicari de pluribus sit unica, et eadem, etiam ratione

Suadet: illa sunt idem formaliter, quæ ita respondent in unico respectu ut unum nequeat respici sine alio; sed aptitudo ad essendum in pluribus per identitatem et ad prædicari de illis ita se habet. Ergo etc.

Respondeo negando minorem: aptitudo ad essendum in pluribus per identitatem, nihil aliud est quam quod possit poni in illis, eo modo quo ponibilis est; sed nequit esse alio modo ponibilis nisi per actualem prædicationem. Ergo etc.

Neque dicas;

prædictas aptitudines, seu potentias respicere diverso modo inferiora, quod arguit distinctionem earum potentiarum; non, inquam, est: relatio enim respicit fundamentum tanquam ad id in quo est et terminum tanquam ad id ad quod est, et tamen esse in, et esse ad in relatione non distinguuntur, imo in sententia Scotistarum esse in, et esse ad sunt constitutiva relationis formaliter talis: Ergo similiter in universali logico; et consequenter etc.

§ 2.us

Argumentis occurritur.

Arguitur 1.o aptitudo ad prædicari de pluribus est passio universalis logici: Ergo constituitur per esse in et dici de. Probatur: aptitudo ad dici de convenit universali logico ratione alterius aptitudinis; verum enim est dicere: quia universale est aptum esse in pluribus, ideo est aptum ad prædicari de illis: Ergo etc. = Respondeo concedendo antecedens; ad cujus probationem distinguo implicite probationem hoc modo verum est dicere etc. in sensu formali, concedo; in sensu causali, nego.

Prædicta propositio si intelligatur itaque taliter, quod una aptitudo sit causa alterius, est propositio falsa; si vero intelligatur, quod eadem quæ aptitudo sit una, licet diversimode significata, tunc illa propositio est vera, quia tunc se habet sicut ista: quia est animal, ideo est vivens sensibile, quæ in bis diversimode explicent. Oppositum evenit in ista: quia est rationalis, ideo est risibilis; in qua rationalitas, et risibilitas non solum in modo, sed in re distinguuntur, unaque est origo alterius: idem sic in universali logico.

Arguitur 2.o

ut intelligatur prædicatum non de pluribus debet prius apprehendere non in illis: Ergo ad hoc ut non sit proxime prædicabile de pluribus prius debet esse potens proxime apprehendi in illis; atqui aptitudo, quæ est prior, est essentia, et posterior ejus passio: Ergo aptitudo ad prædicari posterior, et sic erit passio universalis logici. = Respondeo 1.o concedendo totum, negando consequentiam.

Respondeo

2.o distinguo majorem: prius debet apprehendere non in illis, in quo est in illis ex natura rei concedo; in quo non est in illis ex 2.a intentione universali, nego; et in hoc sensu cæteræ propositiones distinguuntur. Verum est in tempore nihil prædicari, quod prius non apprehenderet, sicque antequam actualiter dicatur: Petrus est homo, jam antea convenit in Petro ratio hominis, sed non ex eo constituitur universale logicum, sed

quia abjngit racionem Metaphysicis ab inferioribus abstractam, et ad inferiora comparatam, sicque formam universalis illi tribuit.

Arguitur ultimo: universale logicum formaliter constituitur per aptitudinem ad praedicari. Ergo non per aptitudinem ad esse. Ans patet ex D. Sto, et Pho, qui per talem aptitudinem universale definiunt. Probo consequentiam: si aptitudo ad esse in esset constitutiva universalis logici, universale logicum non distingueretur ab universali metaphysico, hoc autem est dicendum: Ergo &c. Probo majorem: aptitudo ad esse in est constitutiva universalis metaphysici: Ans patet, quia natura prima apta ad existendum in multis est metaphysice universalis. Ergo infertur.

Respondetur concesso antecedenti, negando consequentiam, et majorem probationis; ad cujus probationem minorem distinguitur: aptitudo ad esse in pluribus realiter, et divisim est universalis metaphysici constitutiva, concedo; per intrinsecum, et conjunctim, nego. Universale metaphysicum proprium, et primum non est natura a parte rei in singularibus existens, neque sic non est prime apta ad essendum in multis, sed natura abstracta, in quo statu est expedita, et cum aptitudine prima, quod requiritur ad rationem universalis metaphysici, quod quidem est primum fundamentum universalis logici.

Haec autem natura abstracta, quae est apta prime ad essendum in multis realiter, et ex se, non in omnibus simul, sed divisim, scilicet, in hoc, in alio; postea intellectus illam comparat ad inferiora simul sumpta, tanquam ad ea in quibus potest prime esse, et praedicari, quod quidem illi non competit ex natura rei, sed ab opere intellectus; illamque constituit logicum universalis. Unde cum hanc primam aptitudinem non habeat universale metaphysicum, sufficienter per illam distinguitur ab eo universale logicum. Et consequenter &c.

Quaestio 2a.

Per quem actum intellectus fiat universale logicum?

§ 1us.

Interrogationi satis fit, et aliqua duvia resolvit.

Cum universale logicum formaliter consistat in quadam 2a intentione logica applicata naturae communi, consequenter, 2as intentiones explicare, et quidquid de istis dicatur, universali logico aplicari debet. Hoc nomen intentio significat tendentiam potentiae ad objectum. Attendendo ad linguam intellectualem logicam intentio est duplex: formalis, et obiectiva. 1a est actus intellectus cognoscens objectum. 2a, ipsum objectum cognitum.

Tam intentio formalis, quam obiectiva, alia est 1a, et alia 2a. 1a intentio formalis est actus intellectus 1o tendens in objectum, et attingens ipsius quidditatem realem. 1a intentio obiectiva est objectum quod quidditatem realem 1o cognitum. 2a intentio formalis est actus intellectus cognoscens objectum, jam cognitum

per 2ã intentionẽ, ad intentio obliva ẽ obtũ dnitũ per 2ã intentionẽ formalẽ. De hac 2ª intentione obliva dubitat ab Scholis per quẽ actus intus fiat; sed immerito cũ D. S. ubicunque loquit de his intentionibus teneat fieri per actũ comparativũ intus.

Ad cujus intelligentiã notandus ẽ triplex modus quo intus cognoscit obiectũ. 1º cognoscit ad se, quia cognoscit rationale, et hęc vocat cognitio abstractiva. 2º cognoscit ad in ordine ad rationale, et hęc vocat cognitio comparativa; quę ẽ duplex; una compositiva, et ẽ comparatio, quę fit per judiciũ affirmando, vel negando, altera ẽ simplex, et ẽ actus simplicis apprehensionis comparans unũ cũ alio.

Dico: 2ª intentio obliva fit per actũ simplicẽ comparativũ intus. Pr. ex D. S. in metaphisicã, quest 11, n, 6º dicente: falsũ ẽ quod actu reflexo intelligendi fiat relatio rationis sicut 1º actu, scilicet directo intus comparantis hoc ad illud. Assumit sic: ex Scholo relatio rationis fit a bene [illegible] actu comparativo; sed ex eodẽ, in 1º, dist 23, quest unica 2ª intentio ẽ relatio rationis, et dist 3ª quest 1ª idẽ ait, 2ª intentio sine actu comparativo nunquam erit. Ergo. 2º. talis actus sit simplicis apprehensionis probatione non indiget cum ex se pateat.

Dubitabis 1º an universale logicũ sit ens reale, vel rationis? hoc dubiũ resolutũ manet in quest de abs[tracto] formali logicẽ ubi dictũ fuit, obtũ formalẽ, vel 2ª intentio, quod idẽ ẽ esse ens rationis intentionale, cujus probationes hic adaptari possunt. Ad quas [illegible] D. S. quest 4ª super universalia ita ait universale ẽ ab intus, et ex dicit, Ergo ẽ figmentum, dico quod non sequit. Ex quo clare constat universale non esse ens rationis sed reale intentionale.

Dubitabis 2º: an in actuali partitione de pluribus perficiat universalitas logica? ad cujus intelligentiã sciendũ est quod universale duplicitẽ comparari post ad inferiora signata, scilicet, et exercite. Vel accidit, quod signatẽ, quod aparte rei exercite fieri post, ut quod dicit: genus post pravide [illegible] speciebus: vel vero evenit quod exercet illa potentia signata, ut quod dicit Hom. est animal. His stabilitis respondet negative loquendo de partitione exercita colligitque ex D. S. quest 16 univ.

Pr. ratione universale formalẽ ẽ quod ẽ potestatibus, cujus unitas consistit in eo quod non dividat in suas partes subjectivas, sed per partitionẽ exercitã dividit in partes subjectivas. Ergo. Pr. minor per partitionẽ exercitã contrahit universale ad sua inferiora cũ quibus identificat;

sed hoc esse nequit absque divisione in partes subjectivas, Ergo &c. = Resp. dicens: actus 2us destruere potentiam, imo eam perficere; et cum actualis praedicatio sit actus 2us universalis praedicationis illud destruere:

Nam hoc verum est de illis actibus qui contradictionem involvunt, ut actus potentiae subjectivae: secus vero de illis qui illam dicunt, ut evenit in praedicatione universali, quam ejus unitas potentiae destruit; et inexsistentia, quae est actus 2us correspondens potentiae obtinet, et illam absque dubio destruit, cum contradictionem involvit, scilicet, esse, et deesse.

Hic objici potest quod in summulis manet dictum scilicet, tam constitui in esse logico totum per 2am intentionem, seu per potentiam primam, et tamen destruet in actuali praedicatione: unde est inconsequenter procedere hic contrarium asserendo; nam si inexsistentia partis destruit totum logicum, imo perficit, sic etiam ratio universalis destruit, imo perficit in actuali praedicatione.

Ad hoc respondeo, non inconsequenter procedere; nam alia est 2a intentio universalis logici, et alia totius logici. 1a fundatur in natura superiori ad species, cum unitate repugnanti cum divisione, secus 2a, quae in quacunque natura fundatur. Unde plicet, valeat: est genus logicum: Ergo est totum logicum, secus vero econtra, quia nullatenus excipit ad rationem totius superioritas. Si dicas: in actuali dictione vel 2 ... non admitte rationem generis, illi concedo; quia actualis dictio est actualis praedicatio, nec actus judicii

Si dicas: si natura humana 3 esset logice universalis esset communis per inexsistentiam, quia talis est communis universale logicum, cum proxime respiciat omnia inferiora simul. Sed tunc natura humana esset sicut divina, esset que in creatis mysterium SS. Trinitatis, quod repugnat: Ergo universale logicum est ens rationis. Respondeo, quod universale logicum est commune per inexsistentiam, quatenus fundat in actu 1o; minime vero in actu 2o, cum in isto non perseveret; sicque nunquam verificatur unum entitative communicari pluribus realiter distinctis nec Trinitatis mysterium, nec denique aliquid quimericum.

Dubitabis 3o: quotuplex sit universale logicum de quo loquimur Ergo de universali pro formali, quia fundamentaliter sumpto sunt fere innumera universalia juxta innumerabiles naturas tam genericas, tam specificas. Sit cum Porphirio nostra 1o: universalia sunt tantum 5, scilicet, genus, species, differentia, proprium, et accidens. Ergo in communi tenent omnes.

Probatur ratione 2a: omne quod potest praedicari de aliquo, vel potest praedicari in quid, vel in quale; si in quid, vel dicit partem essentiae, et sic est genus, vel dicit totam essentiam

etitas speciei; si in quali, supponit inqualit essentiale, et sic est differentia; si inqualit accidentaliter, et ita si dimanat metaphisice ab essentia est proprium: si vero ab ipsa non dimanat, est accidens; sed de universali nulla alia datur ratio. Ergo universalia, seu praedicabilia tantum sunt 5 assignata. Itaque hoc nihil speciale occurrit.

Dubitabis 4.º an universale sit genus ad 5 praedicabilia? Sit M.º 2ª intentio universalis logici est genus ad 5 assignata praedicabilia. Ita tenet communis Professorum et D. S. quaest. 8 universalium dicentes: dicitur, quod universale ad haec 5 et sub ratione generis, quia praedicat de istis in quid, et haec differunt specie per rationes quidditative inclusas in ratione quidditativa uniuscuiusque essentialiter de illo praedicat; sed universale logicum includitur in praedicabilibus: ergo de illis essentialiter praedicatur: patet in his exemplis: genus est universale, species est universale: nunc sic; sed ista praedicabilia per se specie distinguuntur: ergo etc.
Dices:

genus est inferius respectu universalis: ergo universale non potest esse genus; alias esset superius et inferius generis. Respondeo distinguendo hoc ultimum; esset superius, et inferius secundum diversas intentiones, et respectus, concedo; secundum easdem, nego. — Dubitabis 5.º an universale logicum petat plura inferiora actualiter existentia? Respondeo negative: nam Solis, et Lunae possunt dispi universales, licet actualiter plures Soles nec Lunae sint. Sufficit enim quod inferiora sint possibilia, quod unum tantum existit, et cetera possibilia sint ad fundamentum universalis logici.

Dubitabis Denique quid sit definitum in definitione universalis? ergo universale sit quoddam tertium accidentale, dicens per materiali naturam, et per formali universalitatem, seu secundam intentionem: quaeritur in praesenti, quid principaliter definiatur, an natura, an 2ª intentio, an utrumque? et supponitur non definiri naturam de iuncto, nec secundam intentionem in abstracto praecise sumptam in recto, et aeque principaliter. Dubitatur tamen, an 2ª intentio definiatur ut denotans naturam, an vero natura ut denotans secundam intentionem?

Certe notandum, inter plura accidentalia, ut hoc album, et concreta ut album haec est diversitas differentia: quod concreta dicit in recto tam subiectum, quam formam; unde unica definitione definiri nequit, cum subiectum, et forma sint res diversae rationis: at concretum, cum dicat unum scilicet, formam in recto, et subiectum in obliquo, unica definitione definiri potest ex Scoto in 1.º dist. 2, quaest. 2ª, § hic 1.º. Itaque dicimus: in definitione universalis definitur 2ª intentio in recto naturaque de cognotato, seu in obliquo. Sic Scotus quaest. 14 universalium cum omnibus Scotistis, et pluribus Thomistis.

Ad 2am D: id qd in recto ppli cat in defione unalis: Ergo genus, debet esse in oibus generaibus ejusdem rationis: oia enim genera Specie veniunt in hoc, qd esse praedicabilia de pluribus diferentibus species &; sed solum 2a intentio e eadem specifice in oibus generibus, naa enim divagat per oa genera, quia modo e substantia, ut al; modo accens ut color, j ideoque etiam 2a intentio, quia una intentio fundat supra aliq: Cg &. Et per mat. dest in hac defione e unale formalit, et intrinsece; sed naa tantum denominative, et accidentalit e unalis, propter 2g intentionem quam fundat: Cg &

Objicies: illud e defitum in recto in defione unalis, de quo in recto verificat defio; sed naa se, et in recto verificat de naa: Cg &. Resp mi: naa e quae praedicat de pluribus; venit dicimus: Homo e species, Animal e genus; sed Homo e Animal, Animal e al: Cg &. Distinguo ans probationis: naa e quae in recto praedicat essentialit, Nego; significante, nego: per hac rationem defio unalis dat.

Quaestio 3a

An naa immultiplicari in plura inferiora possit fieri Logg unalis?

§1us

Sensus quaestis aperit, et Ho Scotica ponit.

Suponit naam multiplicatam, multiplicabilem tamen in plura inferiora fieri posse loggicam unalem. Talis e naa Solis, Lunae, et Phenicis (si hac avis in rerum naa existat). Dicit naa Solis immultiplicata, quia de facto n dant plures Soles, in quibus dirigat, et multiplicat: e tamen immultiplicabilis, quia licet actualiter unicus Sol existat, plures alii sunt possibiles; unde ad illa inferiora possibilia post naa Solis comparari, ut praedicabilis de illis, sicque erit formaliter unalis.

Quaestio Cg procedit de naa immultiplicabili, seu quae in plura inferiora multiplicari n post. Talis autem immultiplicitas post provenire ex duplici capite; 1, quia naa ex se, et formaliter includat singularitatem, et sic repugnet sibi communicari pluribus, quae vocat naa ab intrinseco impultiplicabilis; 1, quia licet de se, et formaliter n sit singularis, et ab intrinseco sibi n repugnet pluribus communicari, tamen repugnant plura, quibus communicet. In 1 sensu incommunicabilitatem ponit ab ipsa naa; in 2 se tenet ex parte inferiorum.

Supono etiam neutram capiendam, qd n loquimur in hipotesi, qd dat talis naa; neque licet Thomistae tenent

ex D. Thoma 1 parte, quæst 13, articulo 5°, naturam angelicam esse ab intrinseco immultiplicabilem, oppositum sustinent Schotus ex Schoto in 2° dist 3ª, quæst 1ª ubi ita ait: omnis quidditas quantum est de se communicabilis est; nulla autem communicabilis est identitate numerali (seu sine divisione) nisi sit infinita at demum Thomistæ naturam angelicam, vel naturam D. Michaelis esse ab intrinseco immultiplicabilem quæritur, ex posit tunc fieri logice universalis?

His suppositis omnes Thomistæ antiquiores, plures que recentiores partem affirmativam tenent; Schotus, et aliqui recentiores Thomistæ negativam amplectuntur. Resolutione dico: naturam immultiplicabilem, sive ex parte ipsius, sive ex parte inferiorum, nequit fieri logice universalis. Ratio 1ª ex principiis D. Thomæ in cujus sententia fundamentum logicæ universalitatis est natura communis per aptitudinem perfectam, et adæquatam seu ex natura rei posse esse in pluribus, atqui natura ab intrinseco immultiplicabilis non est talis.
Ergo etc.

Quoad 2am partem etiam constat; nam cum natura universalis sit posse esse in pluribus, et prædicari de illis, si inferiora repugnant, non potest adeo comparari cum inferioribus in quibus possit primo esse, et de quibus possit primo prædicari, consequenter que non potest fieri logice universalis.

Argumenta contra hanc quæstionem ex dictis solutionem merentur; insuper notandum quod in nostra sententia universale logicum præcipuum fundamentum ab intrinseco atque fundamento constitutum in nostra fuit dictum maximum est communis, sed non reale intentionale. licet Christus non sit immunicabilis possit ut communicabilis concipi, et ad inferiora repugnantia, ut ad possibilia comparari, tunc universale quomodo concipiatur.

Distinctio 3ª.
De prædicabilibus.
§ 1us
Quid sit genus primum prædicabile

Universalia, seu prædicabilia dupliciter sumi possunt fundamentaliter seu 1° intentionaliter, formaliter seu 2° intentionaliter. 1° modo sumuntur pro natura communi, quæ datur a parte rei, et est fundamentum, saltem remotum 2æ intentionis universalitatis. Hoc modo dantur prædicabilia a parte rei. 2° modo dantur a parte rei, sed tantum habent esse intentionale in intellectu. His suppositis dico genus 1° intentionaliter sumptum est realitas determinabilis, et indifferens per esse in pluribus diversis specie. Ratio, quia quod possit esse in re est intentum. Genus vero 2° intentionaliter acceptum sic a Porphyrio definitur: quod prædicatur in quid de pluribus

differentibus specie.

Cujus intelligentia notatur dupliciter posse aliquid praedicari: in quid, et in quale; illud praedicatur in quid, quod praedicatur substantive, seu per modum per se stantis, ut cum dicimus: Petrus, est homo, est animal. Illud praedicatur in quale, quod per modum adjacentis, et qualificantis subjectum praedicatur: ut homo est risibilis. Praedicari in quid potest esse incomplete, ut pars materialis essentiae, et hoc generi convenit; et complete ut tota essentia, et hoc convenit speciei.

Praedicari in quale triplici ratione contingere potest, scilicet, in quale quid, id est, in quale essentialiter, et sic praedicatur differentia; vel in quale accidentaliter inseparabiliter, et hoc convenit proprio; vel in quale accidentaliter separabiliter, et hoc convenit accidenti. Genus etiam est triplex: supremum, scilicet, subalternum, et infimum. Supremum est illud, quod ita est genus, ut nequeat esse species, quia supra se nullum aliud genus praedicamentale habet; et ideo genus generalissimum appellari solet.

Subalternum est, quod repugnantiam superiorem est species, quia ipsi subjicitur, et post se aliud genus habet: ut vivens, quod supra se habet genus supremum, scilicet, substantiam, et post se animal, quod est genus infimum, quia sub se aliud genus non habet. — Hic solet dubitari, an genus praedicetur de specie, ut pars, aut de homine, ut totum, vel ut pars? Unusquisque dicimus cum Scholasticis quaestione tertia universalium: genus praedicari de speciebus, ut pars actualis, et ut totum potentiale.

Quoad primam partem patet, quia licet respectu differentiae sit pars potentialis, et determinabilis, respectu speciei quam constituit, est pars actualis, quia actualiter est de essentia illius. Quoad secundam etiam constat, quia licet non sit totum actuale, quia actualiter non continet differentias, est tamen totum potentiale, cum contineat illas in potentia. Plura alia de genere omittimus, vel quia parum utilia, vel quia alibi tractanda.

§ 2us

Quid et quotuplex sit species praedicabile?

Essentia metaphysica rei est totum metaphysicum ex duabus partibus coalescens, altera determinabili, quae est genus; altera determinante, quae est differentia. Unde nec genus solum, nec sola differentia a totalis essentia rei [illegible] genus et differentia [illegible] quod totum metaphysicum appellamus, hocque est species [illegible] intentionaliter sumpta. At [illegible] intentionaliter [illegible] potest comparari, vel ad inferiora de quibus praedicatur, et sic dicitur species praedicabilis; vel ad superiora quibus subjicitur, et sic appellatur species subjicibilis.

Haec itaque a Porphyrio definitur: quae subjicitur generi, et de qua genus in quid praedicatur. Species ut praedicabilis sic ergo ab ipso definitur:

quaerat in quid de pluribus differentibus numero. Ad species praedicabilis, quae sola est infima, et illud [illegible] quod species praedicabilis appellamus: intermediae enim, seu subalternae, licet sint species subjicibiles, quatenus praedicabiles non sunt species, sed genera: sola enim infima est simul species subjicibilis, et praedicabilis: nam est subjicibilis respectu generis, praedicabilis vero respectu individuorum numero distinctorum. Ex quo colligitur speciem esse ut [illegible] in quantum praedicabilis, non in quantum subjicibilis, id est in ordine respectu ad genus sed ad inferiora, et idem evenit in omnibus praedicabilibus.

Apendis de individuo

Individuum metaphysice, et sensu intentionali sumptum sic definitur: unum indivisibile in plures ejusdem naturae. Sic Socrates est individuum: licet enim possit dividi in corpus et animam, non tamen in plures homines: explicatur amplius: substantia dividitur in corpoream et spiritualem: corporea, in viventem, et non viventem: vivens, in sensitivum, et non sensitivum: sensitivum, in rationale et irrationale: rationale vero, quod est species infima, in Socratem, Platonem etc.: hic que sistit divisio, nec ultra procedi potest; neque Socrates in plures Socrates aut homines dividi potest; ideoque appellatur esse individuum.

Omnia individua ejusdem speciei, quamvis sint realiter inter se distincta, conveniunt tamen ex natura rei in natura specifica, ut Petrus, et Paulus in natura humana, quae homo sic, seu indirecte appellatur, haecque est species. Individuum 3bus modis exprimi solet 1° nomine proprio, ut Petrus, et Paulus etc. 2°, pronomine demonstrativo, ut hic homo. 3° vage, et indistincte, ut aliquis homo. Individuum 2° intentionaliter sic definitur a porphirio: id quod tantum de uno praedicatur. Nunc satis de individuo, de quo iterum in metaphisica sermo redibit.

§ 3us

Quid et quotuplex sit differentia 3um praedicabile?

Differentia 1° intentionaliter sumpta sic potest definiri: pars essentialis metaphisica detractiva et contractiva generis, constitutiva speciei, distinctiva que illius a quolibet alio, sic rationalitas, est pars essentialis metaphisica hominis, detrahit que, et contrahit animal, et a quolibet alio distinguit. Differentia alia est generica, alia specifica, alia individualis. Haec quae detrahit genus supremum, vel subalternum, et constituit speciem supremam, vel subalternam ut, corporeitas, quae detrahit genus supremum substantiae, et illud contrahit ad speciem supremam, nempe corporis; similiter de subalternis.

Differentia specifica est quae detrahit genus infimum, et speciem infimam constituit ut, rationalitas, quae detrahit animal, et constitui-

hit hominem. Differentia individualis est quae dividit speciem infimam, et constituit individuum, ut Petreitas, quae dividit hominem, et constituit Petrum. Differentia est quae est 3um praedicabile, et comprehendit differentias supremas, subalternas, et infimas ex Scholo quaest. Universalia 2ae intentionalia sunt, sic definitur: quae praedicatur de pluribus in quale quid.

Ex dictis aperte colligitur: 3a praedicabilia, quae eousque explicuimus, genus, nempe, species, et differentias ad essentiam rerum pertinere. Species enim est tota rei essentia: genus est essentiae praedicta pars, sed amplior, communior, latiusque patens, ideoque determinabilis. Differentia autem est ejusdem essentiae pars sed minus communis, minusque universalis, ac minus patens, quam genus, ideoque determinativa illius ad totam speciem. Unde constat metaphysice ex genere, et differentia est essentia totalis et species.

§ 4us

Quid sit Proprium quartum praedicabile?

Proprium 1o intentionaliter sumpto quatuor acceptiones Porphirius assignat, quarum 3 satis impropriae sunt; ideoque omissis, sic proprium describit: quod convenit omnibus individuis unius tantum speciei, ac semper, sicut ajunt, convenit omni soli, et semper, ut esse admirativum, quod soli speciei humanae convenit, ac semper. Proprium itaque seu proprietas alicujus rei est perfectio quaedam, quae extra essentiam rei est ad ejusque quidditatem, et primariam conceptum minime pertinens; eam tamen semper necessario subsequitur.

Cum autem essentiae sunt a conceptu quidditativo, sit quod omnia genera transcendens, sic proprium, seu proprietas generaliter appellatur. Si enim proprietas sequitur ad conceptum communem entis appellatur proprietas transcendentalis; si ad conceptum substantiae corporis, tunc est proprietas generica; si tandem subsequitur ad essentiam specificam, proprietas specifica nuncupatur.

Proprium 2o intentionaliter sumptum, sicut quatenus constituit hoc quartum praedicabile, definitur: quod praedicatur de pluribus in quale accidentaliter necessario: quod idem est ad posse praedicari de pluribus extra essentiam, sed necessario, ut alii dicunt, in 2o modo dicendi per se.

Et haec sufficiant de hoc 4o praedicabile, alia apud A. A. videnda.

§ 5us

De accidenti 5o praedicabili.

Accens ibidem praedicamentale, tot pensatur 1o intentionaliter sumptum, et aliud praedicabile, seu 2o intentionaliter, quatenus hoc 5um praedicabile constituit. Porphirius accidens praedicamentale sic definivit: quod potest adesse, et abesse absque subjecti corruptione. Praenotatur, quod licet dentur aliqua accidentia realiter a subjecto inseparabilia, ut nigredo Corvi, et albedo lactis, tamen dicuntur necessaria

metaphisicus, et loquimur de actionibus cum subiecto; quia si Deus de potentia absoluta illa accidentia a subiecto auferret, non ideo illorum essentia destrueretur.

Sed dices: essentialia, et necessaria sunt accidentia; sed essentia nequit abesse, nec minus adesse absque subiecti corruptione, ergo &c. Respondeo: Distinguo antecedens: adesse, et abesse, et convenit omni accidenti &c. Distinguo minorem: nequeunt abesse, et adesse realiter et physice absque physica corruptione, concedo; absque metaphisica, nego. Essentialia possunt abesse, et adesse absque metaphisica corruptione subiecti, quia non pertinent in eius essentia, nec in 1°, nec in 2° modo dicendi per se includuntur: atque non possunt abesse absque physica corruptione illis, quod non negamus.

Accidens 2° intentionalis sumptum est: quod praedicatur de pluribus in quale, extra essentiam, contingenter seu non necessario. Ubi notandum est, quod accidens, ut albedo, praedicabile est [illegible] subiectum, quod afficit, non per ordinem ad inferiora, ipsius albedinis: quare haec praedicatio accidentalis: homo est albus; ista vero essentialis: albedo est color, quia color respectu albedinis, nigredinis, &c. est genus, albedoque respectu huius, et illius albedinis est species. Et haec de accidenti, et praedicabilibus sufficiant; si plura desideratis, consulite &c.

Distinctio 4a

De Cathegoriis seu praedicamentis Aristotelis

Quaestio 1a

De antepraedicamentis §1us quid sit univoca, Equivoca, denominativa, et analoga?

Aristoteles, et communiter omnes sic univoca definiunt: quorum nomen est commune, ratio vero per illud importata est omnino eadem. Sic homo, et brutum, tum in nomine, tum in ratione animalis univoce conveniunt, et ratio animalis respectu illorum univoca dicitur, cum eadem sit in utroque, et eadem quae unica definitione definiuntur; secus vero equivoca, cum ratio significata per nomen sit omnino diversa, diversis definitionibus oportet explicari; ex quo habetur [illegible] illud colloquium: Equivoca prius sunt dividenda quam definienda.

Sicut equivoca signate sumuntur, et praecise communi in quo conveniunt, sic a Philosopho, et Scholasticis, et Philosophis communiter definiuntur: quorum nomen est commune ratio vero per illud nomen significata est omnino diversa. Sic lego, est equivocum ad legare et ad legere. — Denominativa sunt quae aliquam denominationem ab aliquo recipiunt. Sic justus a justitia, fortis a fortitudine denominantur.

Si tamen proprie, et per se loqui volumus, quae denominationem recipiunt, denominata, illa vero quae

denominationem tribuunt, denominativa dicenda sunt; sic Samsonis fortis à fortitudine denominat', Scholae S.[t] à subtilitate. Samson, et Scotus sunt denominata, fortitudo, et subtilitas eorum denominativa.

Duplex esse potest denominatio alia intrinseca, alia extrinseca, quae alia. Quotiescumque forma denominans sive per unionem sive aliquo alio modo existit in ipsa re denominata, denominatio appellatur intrinseca: sic quoniam Sanctus his dicitur à sanctitate ipsi inhaerente, denominatio Sancti dicitur intrinseca. Quoties forma denominans neque per unionem, neque alio existit in re denominata, denominatio appellatur extrinseca: sic denominatio visi extrinseca est respectu parietis; visio enim qua cognita denominatur non in pariete, sed in ipso videnti reperitur.

Analoga sunt ea: quorum nomen est commune, ratio vero per illud significata partim aliquid est eadem, et partim aliquid diversa. Tria autem analogorum genera solent à Philosophis distingui; attributionis, scilicet, inaequalitatis, et proportionis. Attributionis sunt, quorum ratio per nomen significata in uno quidem proprie existit, alteri vero per aliquem respectum tribuitur. Ut, Sanum dictum de animali, urina, et medicina: sanitas enim in animali proprie, et formaliter reperitur in urina, et in signo, et in medicina tanquam in causa.

Inaequalitatis sunt ea, quorum nomen est commune ratio vero per nomen importata est eadem, inaequaliter tamen participata: ut animal respectu hominis, et equi, quod ab homine perfectiori modo participatur quam ab equo, ob rationem nobilioris differentiae. Analoga proportionis sunt, quorum ratio per nomen importata simpliciter est diversa, sed tamen proportionaliter eadem: ut risus, quid dicitur ut refer quid de Prato Laurentio et de homine laeto; homo; de vivo, et picto. Et haec quidem sunt in toto rigore analoga, si significationem vocis praecise attendamus; nam analogia, idem est, ac proportio.

Sed notabis,

quod si analogata habent inter se eandem rationem, tunc analogia stat cum (uni)vocatione adjuncta; si vero habent inter se diversam rationem formalem, seu non conveniunt in aliqua quidditativa ratione, tunc analogata equivocationi appropriant; et sic proprie loquendo non requirunt mediare inter univoca, et equivoca; quod docent omnes Scholastici contra Thomistas. Unde quando dicimus, quod ratio per nomen significata est partim quid eadem, et partim quid diversa, id debent intelligi, non de ipsa ratione partim se praecise; sed partim respectu diversos, quod inducit in diversis analogatis.

Quaestio 2.a

Quid, et quotuplex sit praedicandum, et quae res in ipso sint ponibiles

§ Unicuique ad omnia resolbit quaesitum.

Praedicamentum seu cathegoria in communi est, legitima quaedam ac naturalis coordinatio generum, specierum, et individuorum, quae sub aliquo supremo genere continentur. Ex quo patet res, et voces in praedicamento locum obtinere, seu portari. Ista autem res incomplexa unum, quatenus subjectis intentionibus superioritatis et inferioritatis, unde nulla res, quae non habet intentionem generis, vel speciei in praedicamento est reponibilis. Individuum vero ponitur tanquam fundamentum structurae, ex quo assurgit species, et genera, usque ad genus supremum.

Non desunt aliqui Auctores qui unum sufficere praedicamentum putarunt, cujus genus supremum sit ens: atque res sub hoc genere collocatae unum in praedicamentum constituere, alii vero duo nempe substantia, et accidens. Certum est verum tantum res ipsas non alio fine in certas classes sintâ Philosophis distributas, quam ut sublatis penitus confusionibus, mens nostra illas cognoscat; id circo categoriarum numerum, quem vetustas Aristotelis authoritas, ... ideoque asserimus: decem categorias retinendas esse, sicut aliter non posse disponi.

Decem itaque sunt praedicamenta: scilicet, substantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, passio, ubi, quando, situs, et habitus. Veritas hujus divisionis patet, nam decem de qualibet re singulari quaeri possunt, quae in dictis praedicamentis continentur, nempe, quid sit? in substantia; quantum sit in quantitate. qualis sit? vide qualitatem. ad quem referatur? in relatione. quid operatur? in actione. quid patiatur? in passione. ubi existat? ecce ubi. quando extiterit? in quando. quo situ, an nempe sedeat in situ. quibus hominem vestibus? in praedicamento habitus.

Atqui nulla alia interrogatio fieri potest, cui aliqua ex his responsio non satisfaciat. Ergo propositio, vel, si nimia explanatio est quod de qualibet re ignorat manifestat: Ergo sufficiunt decem assignata praedicamenta. = Explicare unum restat, quomodo res in praedicamento collocari possunt, quo debet adverti, quod res 3pliciter in praedicamento collocari possunt. 1º directe, seu in recta linea, et ita colocant genera, species, et individua, 2º indirecte, et ita sumuntur omnes differentiae tam divisivae, quam constitutivae. 3º reductive, et ita colocant omnes passiones tam generum, quam specierum: reducuntur enim ad praedicamentum sui generis, seu speciei.

Ut notato res ut in recta linea praedicamentali colocetur, debet esse ens per se, id est, essentialiter unum, seu unum essentialiter. Ergo debet esse, ens reale et finitum, quia debet includere rationem Determinabilis, et potentialis, quod non habet ens infinitum, quia actualissimum independens, summeque perfectum. Ergo debet

esse ens completum, per quod excludunt partes physicae, ut materia, et forma; et differentiae metaphysicae, quia hae praeter alia imperfectionis rationem speciem: et ab partibus physicis non possunt abstrahi genus, nec species completa; ideoque solum reductive ad praedicamentum pertinent.

Debet etiam esse univocum; unde excludunt aequivoca, et analoga ut talia. Et denique debet esse simplex, per quod excluduntur nomina complexa, ut homo albus, quia cum plura significent, non possunt sortiri rationem generis et speciei, praeterea in praedicamento substantiae collocantur in concreto, ideoque homo, et non humanitas, collocatur, et in praedicamento accidentis, in abstracto, ut albedo, et non albus. Sed iam praedicamenta singula percurramus.

Quaestio 2a

Quid et quotuplex sit substantia ejusque proprietates?

§. Ius

Quoad omnia vrevitati satisfacit.

Substantia pro essentia, natura, seu quidditate rei usurpari solet. In hac acceptione de illa non loquimur; nam accidens quoque habet suam essentiam, et quidditatem: loquimur ergo de substantia in quantum ab accidente distinguitur: quo sensu complexio accidentis potest, nempe communissime, communiter, et stricte. 1o modo sumitur in quantum comprehendit tam Deum, quam creaturas, simplices, quam compositas, et partes earum; et in hoc sensu dicitur ens reale in communi. 2o modo sumitur pro substantia finita, et limitata, in quantum comprehendit omnem substantiam creatam, tam completam, quam incompletam, et in hoc sensu dicitur ens reale finitum in communi. 3o accipitur prout solum comprehendit substantias creatas completas, et in hoc sensu agitur de ea in hoc praedicamento, ut patet ex supradictis.

Dico igitur: substantia est ens per se existens, id est, ens ita existens, ut non indigeat alio tamquam subiecto, cui inhaereat. Unde angeli, homines, et corpora sunt entia per se, et consequenter substantiae, quia ut existant nullo alio egent praeter actiones sui productivas, et conservativas, sapientia vero substantia non est, quia sine homine, quia sapiens sit esse nequit. Quia ergo substantia est ens per se existens, accidens vero existens in alio; ideo formalitas constitutiva substantiae perseitas appellatur; qua vero accidens constituitur in alietas, seu inhaerentia dicimus.

Sed advertendum est, quod aliud est

existere a se, et aliud existere per se, sicut aliud est existere ab alio, et aliud existere in alio. Existere a se est existere independenter a causa productiva, sicque solus Deus dicitur a se, et quaecunque creaturae ens ab alio. Existere per se est existere independenter a subiecto, cui inhaereat; sicque substantia est ens per se, quia non existit in alio; accidens vero per oppositam rationem dicitur non per se, sed in alio.

Explicata jam essentia substantiae aliquas illius proprietates ex aliis assignari solent, quarum praecipuas exponam omissis quae aliquis parvi momenti. 1a est esse in subiecto, hoc est, non indigere ut realiter existat, sed haec potius substantiae quidditatem, sed hoc potius substantiae quidditatem, quae proprietatem esse superaddictis colligitur. 2a substare accidentibus, seu esse subiectum in quo inhaerens accidens substineat. 3a proprietas est, quod eadem manent contraria recipiant, sic eadem manus uno modo calida, alio modo frigida est.


4a est, substantiae nihil esse contrarium; contraria enim contraria dicuntur, quae ab eodem subiecto mutuo se expellunt, at vero substantiae cum in subiecto non sint, nequeunt sese ab eodem subiecto expellere, et consequenter nequeunt ad invicem esse contrariae, sunt tamen experientia teste, aliquae substantiae inter se pugnantes, sed non ratione sui, sed ratione qualitatum calidis, nempe, et frigoris; humilitatis, et [illegible].

5a proprietas substantiae est non suscipere magis, et minus. Suscipere magis, et minus est aliquid posse dici magis, vel minus tale. Sic dicimus manum magis, vel minus calidam, aquam magis aut minus frigidam: non enim lapidem dicimus esse minus substantiam quam lignum; nihilominus minus est subiecto cui inhaereat substantia lapidis, quam substantia ligni.

Aristoteles substantiam in primam, et secundam dividit; substantiam primam appellavit eam, quae neque est in subiecto neque de subiecto dicitur: talis est quaelibet substantia singularis, et individua, ut Petrus, id neque est in subiecto, cum per se existat, neque de subiecto ut de inferiori praedicatur. Substantiam secundam vocavit eam, quae licet in subiecto non sit, de subiecto tamen dicitur; est quaelibet natura communis substantialis, ut homo qui praedicatur de Petro, et Paulo. Ista substantiae divisio prorsus inutilis est, eamque tamen pono, ne [illegible] substantiae primae, et secundae ignorantes.

Substantia dividitur in simplicem, et compositam. Composita, in compositam compositione physica, et compositione metaphysica. Compositio metaphysica est ex partibus metaphysicis genere, nempe, et differentia. Compositio physica alia est integralis, essentialis quae alia. [illegible] [illegible] integralibus, ut manus, caput &c. 2a ex partibus physicis essentialibus, ut sunt materia forma: de quibus simplicem, in physica et metaphysica satis [illegible].

sunt illustratus, et divisionis praedicamenti substantiae accipite, in sequenti arbore praedicamenti depicta.



Corpus [illegible] ad [illegible] hic viº [illegible]. [illegible] habet [illegible] secundum [illegible] obtinent [illegible] substantiis [illegible], et species [illegible]. [illegible] sonum [illegible] sermo, sensus [illegible]. Substantia [illegible] est genus supremum [illegible] inter media, [illegible] subalterna [illegible] infimum, quia [illegible] [illegible] habet. Corpus [illegible] supremum, species [illegible] et alia intermedia seu subalterna; [illegible] infima. Corpus et [illegible] generis, [illegible] sunt supremum; vitalitas, et non vitalitas, sensibilitas, et insensibilitas, item media; rationalitas, et irrationalitas infimae; Petreitas et Pauleitas individuales, quae [illegible] in 5 praedicabilibus [illegible] manent.

Quaestio 6ta §1us

Quid sit quantitas secundum praedicamentum?

Essentia quantitatis declarata

Ubi de accidentium generibus philosophari incipimus, in quibus quantitas [illegible] primum locum occupat. Cujus intelligentia ad [illegible] est ex Scholio, et D. Augustino [illegible] duplicem quantitatem, unam, quae dicitur virtutis, et aliam, quae dicitur molis. 1a est perfectio essentialis rei, [illegible] quae magna, vel parva dicitur [illegible] in magno, vel parvo gradu perfectionis [illegible]. 2a est accidens in substantia corporea inhaerens, quod partes ejus sic facit extensas, et magnitudinem, et molem ei tribuit.

Hic non agimus de quantitate virtutis, quae, ut omnes transcendit, substantiis spiritualibus, [illegible] etiam ipsi [illegible] convenit; sed loquimur de quantitate molis, quae est genus supremum hujus praedicamenti. Advertendum [illegible] est, plura nos posse in quantitate considerare, [illegible] quid sit essentia quantitatis [illegible]? 1º reperit mensurabilitas, quae duplex: activa una, passiva quae alia. 1a illa, quam habet quantitas ad mensurandum aliam quantitatem, ut hora, [illegible], scilicet [illegible] mensurati. 2a quam habet quantitas, ut ab alia quantitate mensuretur, ut [illegible] habet [illegible] respectu [illegible].

2º invenit divisibilitas.

[illegible] esse rationem formalem quantitatis [illegible] patet, [illegible] habet partes divisibiles, quia sunt extensae una extra aliam, et consequenter [illegible] quantitatem, sicque non est ejus essentia. Patet etiam ex D. Th. [illegible] metaphysices, quaest. [illegible] dicente: [illegible], quod divisibilitas est [illegible] passio quantitatis, et non de essentia ejus. Ergo [illegible] mensurabilitatem non esse essentiam quantitatis, quia haec supponit habere partes extensas: vera enim est haec causalis: quia quantitas habet partes extensas, est mensurabilis, et non e contra.

3º reperit extensio, quae est duplex: alia in ordine ad se, et alia in ordine ad locum. 1a est habere partes tali ordine inter se unitas, ut una

uniatur alicui parti dextra, et alia sinistra, et caput unitur immediate collo, collum humeris, etc. 2a est habere partes, ita ut cuilibet parti corporis sua pars loci correspondeat. Corpus Christi in Eucharistia hanc extensionem habet, minime vero 2am; quia totus est in tota hostia, et totus in qualibet parte.

Denique reperitur impenetrabilitas, hoc est, talis habere partes, ut quaelibet habeat vim expellendi alias a suo loco, prohibendo ne in eodem loco ambae simul ingrediantur. Dico ergo: essentia quantitatis consistere in extensione impenetrabili partium in eodem spatio. Explicatur: duo corpora quanta v.g. lapidis, et ligni ita habent partes suas, ut in eodem spatio loci nequeant existere, sed unum resistat alteri: unde se expellunt ab eodem loco, quia sunt impenetrabilia, seu quia spatium quod occupatur a ligno, nequit penetrari a lapide.

Sed quia de potentia Dei absoluta duo corpora quanta possunt penetrari, ut ex Christus intravit ad Discipulos januis clausis; ideo dicimus, essentiam quantitatis non esse in penetratione actuali, sed in impenetrabilitate, seu naturali exigentia ad non penetrari. Atque quod 1o quantitati convenit et quo illa ab omnibus aliis distinguitur; extra omnia, quae possent quantitatem constituere, sicut posteriores, vel indifferenter conveniunt quanti, et substantiae: Ergo sola impenetrabilitas quantitati soli convenit et est ipsius constitutiva.

§ 2us

Divisiones, et proprietates quantitatis declarantur.

Quantitas 1o dividitur in continuam, et discretam. 1a est, cujus partes copulantur aliquo termino communi, ut partes ligni, lapidis etc. 2a est cujus partes inter se nullo vinculo copulantur, ut numerus, qui componitur ex unitatibus, quae inter se nullo modo uniuntur. 2o dividitur in permanentem, et successivam. 1a est cujus partes simul existunt: ut quantitas lapidis. 2a est cujus partes non existunt simul, sed una post aliam, ut tempus.

Quantitas permanens continua subdividitur in lineam, superficiem, et corpus. Linea est quae unicam tantum habet dimensionem, quae longitudo appellatur. Superficies est, quae habet dimensiones longitudinis, et latitudinis. Corpus vero tres dimensiones amplectitur, longitudinem, latitudinem et profunditatem. Quaelibet ex his speciebus quantitatis continuae in plures alias subdividitur, de quibus in geometria. Quantitas autem discreta plurimas habet species, quae in arithmetica ponuntur.

Declarata jam essentia quantitatis, ejusque divisione, restat ipsius proprietates explanare. 1a ergo est non habere contrarium. Una siquidem quantitas licet expellat aliam ab eodem loco, non est alteri contraria, quia non se expellunt ab eodem subjecto, in quo stat contrarietas; 2a est non suscipere magis et minus: licet quidem unum corpus dici majus aut minus alio, sed non magis, aut minus quantum, sicut numerus quinarius non est magis numerus quam quaternarius, est tamen major. 3a proprietas est esse fundamentum verae, et propriae aequalitatis, et inaequalitatis. 4a quod sit mensurabilis ratione qua passive

Quaestio 4ª

An substantia corporea independenter à quantitate habeat partes extensas, seu partes extra partes? § 1us aliquibus suppositis firmat Schotica D.º

Suppono 1.º contra nominales quantitatem realiter distingui a substantia, seu re quanta. Cujus potissima ratio desumitur ex Venerabili Eucharistiae Sacramento, in quo manet quantitas panis destructa substantia ejus, quod est evidens signum realis distinctionis. Suppono 2.º contra Carmelitanos Antecessores substantiam ex se, independenter à quantitate habere partes entitative distinctas.

Probatur:

quia ex Schoto distinctio realis partium in substantia nequit esse effectus formalis et proprius quantitatis; nam illa distinctio est substantialis; una enim pars substantiae substantialiter est distincta ab alia, atqui distinctio substantialis nequit provenire à principio accidentali; Ergo nec distinctio partium substantiae potest provenire à quantitate. Confirmatur: id est principium constitutivum rei et illius distinctivum; sed una pars substantiae non constituitur per quantitatem, sed per se ipsam: Ergo per se ipsam, et non per quantitatem distinguitur ab alia.

His suppositis praecipua hujus difficultatis controversia est, an substantia antecedenter, et independenter à quantitate habeat partes ordinatas inter se, et in toto, seu extensas in se, seu in loco? negant Thomistae, Nominales et Cajetanistae; affirmant fere omnes sectatores Schoti, cum Mastrio, Pontio et alii, cum quibus sit nostra D.º: Substantia corporea independenter à quantitate habet partes extensas in se, et etiam in loco, non tamen impenetrabiles.

Ultima pars patet; nam quantitatis impenetrabilitas est effectus formalis, et proprius quantitatis; atqui effectus formalis et proprius quantitatis nequit convenire substantiae independenter à quantitate: Ergo substantia independenter à quantitate non habet partes extensas impenetrabiles. — Probatur D.º quoad aliam partem: substantia corporea antecedenter à quantitate habet partes extensas in se, seu coordinatas, ita ut una pars immediate sit unita alteri, et non in ipsa. Ergo etiam id habet ex se independenter à quantitate.

Probatur antecedens: quia si substantia ex se, et independenter à quantitate haberet partes non coordinatas, sed ipsas, ita etiam haberet post adventum quantitatis; quod enim convenit rei ex se, in quocumque statu illi convenit: Ergo etc. Confirmatur: corpus humanum, ablata quantitate, esset subjectum idoneum receptivum animae rationalis; sed eo ipso deberet habere partes ordinatas, et non ipsas: Ergo illas non habet per quantitatem.

Major patet; alias non posset Deus

auferas quantitatem de 4to sine illius destructione; quod negari debet, eo quod quantitas sit accidens, quod potest adesse et abesse absque subiecti corruptione. Assumptum probatur corpus humanum sit subiectum idoneum animae rationalis, debet esse horganicum horganisatione humana, ut possit ita vitam rationalem recipere; sed ad hoc requirit partes esse coordinatas humanitati: Ergo etc.

Minor patet, eo quod talis horganisatio substantialis distinctionem, quod caput uniatur immediate collo, collum humeris etc.; sed hoc est habere partes coordinatas humanitati, et distinctas inter se: Ergo etc. Explicatur: corpus humanum independenter a quantitate est substantialiter horganicum; sed corpus humanum componitur ex partibus ordinatis humanitati: Ergo corpus humanum antecedenter ad quantitatem habet partes ordinatas humanitati.

Tertia pars

Dicitur: substantia corporea est subiectum proprium et proportionatum quantitatis; sed talis non esset, si ante quantitatem non haberet partes extensas in ordine ad locum: Ergo etc. Probatur minor: subiectum localiter inextensum non est proportionatum naturaliter ad recipiendum accidens formaliter extensum, ut quantitas; sed si substantia non haberet partes extensas in loco, esset subiectum localiter inextensum: Ergo etc. Probatur maior: subiectum habens modum indivisibilem non est proportionatum naturaliter ad recipiendum accidens divisibile, et extensum; sed subiectum localiter inextensum habet modum indivisibilem: Ergo etc.

Tertia 2a pars alia ratione:

formalis extensio substantiae in ordine ad locum est quod formaliter una pars substantiae ponatur extra aliam, seu extra locum alterius; sed hoc non fit per se per extentionem quantitativam, quia substantia spiritualis non habens quantitatem est extra locum alterius: Ergo istam extensionem habet substantia ex se. Confirmatur: si Deus miraculose auferret quantitatem a tota substantia Oceani, partes ejus non reducerent in punctum indivisibile; nam talis fluxus esset motus localis, qui est essentialiter successivus; at motus successivus requirit fieri in instanti. Ergo illae partes aquae in instanti antequam reducerentur in punctum, manserunt extensae localiter; sed non per quantitatem, quia in illo instanti supponitur ablata: Ergo ex se, et independenter a quantitate.

§ 3us

Argumenta contra utramque partem Dictaminis solvuntur.

Arguitur: ubi non datur aliqua positio, non dantur partes ordinatae unitae; sed in substantia ante quantitatem non datur positio partium: Ergo etc. Probatur minor: si daretur positio partium substantiae ante quantitatem, vel esset essentialis, vel accidentalis; hoc ultimum non valet dici; tum quia positio accidentalis est in subiecto, et accidentis; positio autem illarum partium esset ex substantia, et substantiae; tum, quia quantitas est 1um accidens substantiae: Ergo implicat positio accidentalis ante quantitatem. Nec tum dici potest, quia positio essentialis est ex parte actus, et per se potentiae; sed partes integrales

habent ut actus, et potentia: Ergo &c.

Respondeo, partes substantiæ ante quantitatem esse compositas, compositione integrali, quæ est distincta à compositione essentiali, et accidentali; et potest vocari compositio per se perseitate continuationis. Compositio enim alia est per accens, quæ fit ex subiecto, et accidenti; alia per se. Hæc potest esse per se perseitate unionis, quæ fit ex per se actu, et per se potentia ut compositio ex materia, et forma, et alia per se perseitate continuationis, quæ fit ex partibus unius totalis essentiæ integrantibus.

Unde substantia ante quantitatem est composita non compositione accidentali, quia non constat ex partibus componentibus non fit unam totalis essentiæ; nec compositione essentiali, sive per se perseitate unionis; quia non fit ex per se actu et per se potentia; sed compositione per se perseitate continuationis, in qua partes unius totalis essentiæ cointegrant. Ex quo hæc compositio est quasi media per abnegationem extremorum inter puræ accidentalem, et rigorose essentialem; quod sufficit ut substantia materialis ab spirituali distinguatur per quod satisfit ad argumentum.

Arguitur 2°: extensio partium substantiæ in se, et in toto est differentia quantitatis ex Scoto in 4° dist 10 quæst 1a § dico aliter; sed differentia quantitatis nequit convenire substantiæ ex se, et independenter à quantitate: Ergo &c. Confirmatur: extensio impenetrabilis in loco est tantum de quantitatis ad locum; sed ex Scoto effectus quantitatis est ordinare partes in toto, seu in ordine ad locum: Ergo ordinatio partium substantiæ est effectus formalis quantitatis; at qui implicat effectus formalis quantitatis ante quantitatem: Ergo &c.

Respondeo explicando Dist: extensio impenetrabilis est differentia quantitatis, concedo; præscindens ab impenetrabilitate, nego. Ad confirmationem similiter distinguo: effectus quantitatis est ordinare partes in toto, seu in ordine ad locum impenetrabiliter, concedo; præscindens ab impenetrabilitate, nego. Quando enim ait Scotus, quod effectus formalis quantitatis est positio partium in toto, loquitur non de præcisa ordinatione partium, quia hanc habet substantia independenter à quantitate ut probatum est, sed loquitur de positione partium in toto, et impenetrabiliter respectu loci.

Arguitur 3°: substantia independenter à quantitate non habet partes impenetrabiles: Ergo nec extensas. Probatur consequentia: partes extensæ sunt impenetrabiles: Ergo si substantia &c. Respondeo ad antecedens: partes extensæ, sunt partes non se totis unitæ, sed per extremitates; sed partes unitæ per extremitates resistunt penetrationi: Ergo &c. Assumptum patet quia extremitas unius partis à loco alterius.

Confirmatur 1°: forma, quæ præstat partibus, ut una

sit extra aliam, impedit ut una sit intra aliam; sed extremitates per quas partes uniuntur praestant illis ut una sit extra aliam; ergo impedit ut una sit intra aliam: ergo si substantia ex se habet partes unitas per extremitates, ex se habet partes impenetrabiles. — Distinguo minorem arguenti: partes unitae per extremitates quantitativas resistunt penetrationi, concedo; per extremitates substantiales, nego. Et distinguo consequentiam conformationis: ideo est quia habet partes extensas extensione quantitativa, et impenetrabiles, concedo; praecise quia habet partes extensas, nego.

Praeterquamquod solutio ex distinctione patet, quia hoc exemplo corporis Christi in Eucharistia, utrumque cum sit corpus organicum habet extensas, et ordinatas unitas; tamen cum totum corpus sit in tota hostia, et totum in qualibet parte, partes corporis sunt illi penetratae, necessario [illegible] aliam ab eodem spatio, [illegible] minima parte ostiae; stat ergo convenire partes esse extensas in se, et in toto, seu ordinatas unitas per extremitates, et tamen non resistere penetrationi.

Atque id denique ex dictis ind. [illegible] 12, quaest. 2a; respondeo, non 3° ubi agit: magis sine quantitate futurum esse in loco definitive sicut Angelus, [illegible] indicat esse in loco definitive, et habere partes extensas: ergo substantia ex se non habet partes localiter extensas. Ad solutionem nota, quod duplici modo potest esse aliquid in loco: definitive, et circumscriptive. 1° ita ut totum sit in toto loco, et totum in qualibet parte loci; sic sunt in loco substantiae spirituales, et Christi.

2° ita ut totum locatum correspondeat toto loco, et quaelibet pars locati cuilibet parti loci; sic exigunt esse in loco substantiae corporeae: ex quo patet, quod habere partes extensas in loco est esse in loco circumscriptive, non vero definitive. Ideo ergo [illegible], magis seclusa quantitate esse in loco definitive sicut Angelus, et non circumscriptive, accipit modum essendi in loco circumscriptive impenetrabilem, quod solum haberi potest ratione quantitatis.

Similiter sumuntur modi essendi in loco definitive, et exclusive [illegible] circumscriptionis, nempe, impenetrabilitas, [illegible] et excludit divisibilitatem, et extensionem [illegible] substantiis, quia hic est realis modus quo existendi in loco. Pariter currit in eo quod, sicut Angelus est in loco penetrabiliter, ita etiam materia ante quantitatem; non autem in hoc quod utraque existat indivisibiliter: pariter cum [illegible] currere non debet.

Quaestio 5a

De qualitate 3° praedicamento. § 1us

Quid de qualitate breviter resolvit.

Qualitas ex vi nominis sic ab Aristotele definitur: ex qua aliquid quale dicitur. Qualitas ergo id quid [illegible] sic ab Aristotele definitur: accidens absolutum per se intendi, et remitti. [illegible] per se esse intensivum [illegible] remissivum varios gradus. Qualitatem dividit Aristoteles in quatuor species, quarum singulae sunt di-

mendres: his ergo nominibus apellant: habitus, et dispositio; potentia, et inpotentia; passibilis, et passio; forma, et figura.

Habitus, et dispositio sunt qualitates illae, quae potentias juvant ac facilitant ad operandum. Si qualitates istae sint difficiles removeri a subjecto apellantur habitus; si faciles, vocantur dispositio. Unde habitus, quia difficulter est mobilis a subjecto, distinguitur a dispositione. — 2a species qualitatis est potentia et inpotentia: suntque principia quaedam, seu facultas ad operandum, quod si expedita, et valida sit potentia dicitur; si vero dificilis, aut debilis, inpotentia apelatur, vel potius potentia debilis et infirma.

Ubi nota, hic non sumi potentiam pro virtute, seu aptitudine, realiter ei re identificata, quales sunt in nostra sententia virtutes operativae, potentiae animae, sed sumitur potentia pro accidenti operativo ab extrinseco adveniente. — 3a species qualitatis est passio et passibilis. 1a est qualitas ex alteratione orta, et formaliter transeunter causata: ut rubor, ex verecundia, et pallor ex metu. 2a est quae resultat ex alteratione aliqua subjecti diu quidem durat: ut color palidus in facie ex infirmitate ortus.

4a species qualitatis est forma et figura. Forma est dispositio exterior realis ex qua res dicitur formosa, vel difformis. Figura est illa superficialis dispositio partium quantitatis ratione cujus quantum dicitur curva, recta, triangularis etc. Unde forma, et figura differunt in hoc, quod figura dicit solum dispositionem quantitatis, forma vero addit, quod talis dispositio fiat cum debita proportione, vel deformitate. — 1a qualitatis proprietas est suscipere magis, et minus; nam unum album majori intentione gaudet quam aliud. 2a est, habere contrarium, contrarietate proprie talis, quae duas formas accidentales mutuo se expellunt ab eodem subjecto, ut calor, et frigus. 3a est quare res similis, vel dissimilis dicitur fundamentaliter. Unde calor quatuor est similis calori ut quatuor, et dissimilis calori ut duo. Caeterum similitudo, vel dissimilitudo, si sumantur pro quacumque convenientia in natura, non sunt proprietates qualitatis, sed quid transcendens omnia praedicamenta. Per esse autem absolute intensibile, et remissibile radicaliter qualitas constituitur, sicut quantitas per inpenetrabilitatem radicalem.

Quaestio 6a

De relatione quarto praedicamento. §1us Quid, et quotuplex sit relatio, et quibus resolvitur.

Ista nomina ordo, comparatio, tendentia, habitudo, respectus idem significant ac relatio: haec ergo nihil aliud est, quam ordo unius ad aliud. Res autem illa, quae una dicitur ordinari ad aliud

apellant relata, seu relativa; ipsum vero referri, seu referentia, relationem appellant. Porrò in quacunque relatione reperiuntur tria, relatum seu extremum relationis, et ipsa relatio. Ex extremis autem illud quod refertur vocatur subjectum, seu fundamentum; illud autem ad quod refertur, terminus relationis appellatur.

Relatio ut sic dividitur in realem, et rationis. Relatio realis est, quae existit in rebus independenter a consideratione intellectus. Relatio rationis, quae non est a parte rei inter extrema, sed eis advenit per operationem intellectus. — Relatio in recto, seu relativum, dividitur in relativum secundum esse, et secundum dici. Relativa secundum esse sunt illa quae in recto, et per se dicunt relationem, et de connotato absolutum; ut Pater, similis; quae in recto dicunt relationem, de connotato vero subjectum illarum.

Relativa secundum dici sunt illa, quae per se dicunt entitates absolutas, et secundario, seu connotative relationes, v.g. hoc nomen scientia non solum significat qualitatem absolutam intellectui inhaerentem, sed etiam relationem ad objectum scibile. — Dividitur etiam relatio in mutuam, et non mutuam. Prima est cujus terminus iterum fundamentum tanquam terminum respicit, sive praedicamentalis, ut relatio similitudinis inter duo alba, sive transcendentalis, ut relatio formae ad materiam. Secunda est cujus terminus nulla relatione ejusdem ordinis refertur ad fundamentum; ut relatio scientiae ad objectum. Etiam dividitur in relationem aequiparantiae, et disquiparantiae. Prima est cujus extrema ut relata habent eandem denominationem, ut relatio similitudinis, et dissimilitudinis. Secunda est cujus extrema eandem denominationem non habent, ut relatio Patris, et Filii. Alio adhuc modo dividitur relatio in praedicamentalem, et transcendentalem. Prima est accidens adveniens fundamento, ab ipsoque realiter distinctum, constituitque aliud speciale ~~fundamentum~~ praedicamentum: ut relatio Paternitatis, et similitudinis. Secunda quae realiter identificatur cum suo fundamento: tales sunt aptitudines, et potentiae rerum; virtutes activae, et passivae; relationes creaturarum ad creatorem, quae in quocunque fundamento reperiri possunt; ob idque apellantur transcendentales.

Relatio praedicamentalis dividitur in relationem intrinsecus advenientem et extrinsecus advenientem. Prima est quae posito fundamento, et termino necessario resultat; ut relatio similitudinis inter duo alba, quae necessario subsequitur posita albedine in utroque extremo. Secunda est, quae posito fundamento, et termino adhuc necessario non resultat, sed expectat aliquam conditionem extrinsecam v.g. relatio actionis, et passionis, quae posito igne, et ligno, non statim resultat, nisi fiat approximatio.

Arist. lib. 5° metaphisic., cap. 15° dividit relationem in tria genera. Primum genus est illarum relationum, quarum fundamentum est unitas, seu essentialis, seu qualificativa, seu quantitativa. Super hanc unitatem

fundant relationem identitatis, super 2um relationem similitudinis, et super 3am aequalitatis. 2um genus est illarum relationum, quae fundantur in potentia activa, et passiva, ut relatio Patris ad Filium, causae ad effectum. 3um est illarum, quae fundantur in mensura, et mensurabili; dantur quae inter illa, quorum unum est mensura alterius, ut relatio scientiae ad objectum.

§2us

In quo consistat relatio hujus praedicamenti?

Relatio hujus praedicamenti consistit in respectu mere intrinsece adveniente, cujus [illegible] ad aliud se habere. Per esse intrinsece adveniens [illegible] cum aliquibus accidentibus [illegible], per intrinsecus advenientes [illegible] relationes extrinsecus advenientes; et [illegible] absoluta. Sed notandum, quod in relatione reperitur esse ad, seu esse [illegible], et esse in seu esse in subjecto, quod [illegible] cum omnibus accidentibus, esse in fundamento, quod est [illegible] propriae relationis. Sunt duae habitudines [illegible] distinctae, ut patet in relationibus [illegible], quae sunt in fundamento, et non [illegible] illis esse in subjecto inhaesionis.

Dico: relatio formalis consistit per esse ad, et per esse in, et in fundamento. Dicitur communis [illegible] in Adversit, [illegible], quaest 1ae §1a [illegible]: 2a Probatur; quia respectus est essentialis habitudo inter duo extrema, et ideo sicut tollere terminum ad quem est respectus est tollere, destruere respectum; ita tollere illud cujus est respectus (nempe fundamentum) est tollere respectum, et destruere relationem ejus. Contra probatur impossibile: quia respectus est respectus, ideo requirit cujus sit et ad quod sit.

Contra formalitas: relatio est essentialis habitudo inter duo extrema: Ergo formaliter petit fundamentum, et terminum; sed ut fundata explicat conceptum essendi in tanquam in fundamento, et ut terminata explicat esse ad terminum: Ergo essentialiter constituitur per esse in, et per esse ad. Objicies 1o: et [illegible] relationem per esse ad, et non per esse in. Ergo. 2o: si utraque habitudo esset de essentia relationis, relatio esset unum per accidens, quia duo non possunt facere unum per se, nisi uniantur per modum actus et potentiae, sed ita non uniuntur praedictae habitudines, cum utraque sit actus. Ergo. 3o relatio potest abstrahi a fundamento: Ergo esse in non est de essentia relationis, quia nihil potest abstrahi ab eo quod est de ejus essentia.

Ad 1um respondetur, quod [illegible] explicant relationem per esse ad, non excludendo, sed supponendo esse in, eo quod implicat ordinem ad aliud, quin sit in aliquo. Ad 2um dicimus, quod ibi non sunt duae habitudines, sed una simplex, quae comparata ad fundamentum explicat esse in, et comparata ad terminum esse ad.

... 3 ... quia relatio quantitatis ... abstracta et si includat extrema in tali modo dicendi ... , adhuc tamen dependet ab illis, et sine ipsis requirit ... existere relatio abstracta a fundamento ... sua entitate ... , non tamen ut formaliter ... dante, nec a termino, ut formaliter tractante.

Quaestio 7a

An relatio praedicamentalis distinguatur realiter a fundamento, et termino? et 1a sententia eligitur, et probatur.

Praesens difficultas solum procedit de fundamento et termino primo. nemo enim unquam quae dubitabit relationem praedicamentalem distingui realiter a fundamento remoto. Fundamentum primum est, quod prime relationem fundat, et tale est relatio inter duos parietes albos, remote inter parietes, et prime inter albedines. Remotum vero est ... . Procedit etiam de termino non autem de solo fundamento, ut falso notabit Pater ... . Etiam procedit de relationibus praedicamentalibus tam intrinsecus, quam extrinsecus advenientibus.

Omissis sententiis sic 1a: relatio praedicamentalis est realiter distincta a fundamento primo, et etiam a fundamento, et termino simul. ... , D. Thomas, et Scotus in ... et ... quos omnes discipuli sequuntur. Probatur 1a ratione quoad 1am partem: illa quorum unum potest existere sine alio distinguuntur realiter; sed fundamentum primum relationis potest existere sine relatione: Ergo.

Probatur 2da ratione: si darent unicum album, et unicum quantum, existerent sine relatione similitudinis, et equalitatis; quia tunc non esset terminus cui album foret simile, et quantum equale; sed tunc existebant fundamenta prima similitudinis, et equalitatis, nempe, albedo, et quantitas. Ergo.

Confirmatur: existente Petro albo existit fundamentum similitudinis; sed non existente Paulo albo, non existit relatio similitudinis Petri cum Paulo: Ergo fundamentum hujus similitudinis, et ipsa similitudo separantur, sicque realiter distinguuntur. —

Probatur 2a pars 3a ratione: denominatio relativa debet provenire a forma relativa; quia denominatio debet proportionari cum forma denominante; sed entitas fundamenti, et termini est absoluta: Ergo denominatio relativa: ... Patris, et Filii non provenit ab entitatibus absolutis illorum, sed ad relationem Paternitatis, et Filiationis ab utroque distincta.

Confirmatur.

quia si ab entitate absoluta posset accipi denominatio relativa non esset ... probandi in divinis relationes reales Paternitatis Filiationis, et Spirationis, quia licet prima persona denominetur Pater 2a Filius etc., hae autem denominationes possunt haberi ab essentia,

quid est quid absolutum. Confirmatur 2°: fundamentum, et terminus relationis sunt à parte rei extrema relata; sed implicant extrema sine medio: Ergo implicant non dari à parte rei medium relationem inter fundamentum et terminum ab utroque distinctum vel aliquem.

§ 2us

Aliqua argumenta solbunt.

Arguitur 1° ex Arle 5° physicorum, cap. 1° ubi ait: ad relationem non dari per se motum; hoc est, non dari specialis actio ipsius productiva; sed daretur, si esset entitas realiter distincta à fundamento, et termino: Ergo &. Confirmatur nulla est assignabilis causa talis entitatis productiva: Ergo non datur. — Explico Arlem: non datur per se motus, hoc est, per se intentus ab agente; concedo, secundario et concomitanter sequela ad actionem productivam fundamenti, nego; et ans confirmationis, quia relatio vere producitur à suo fundamento tanquam à causa efficienti, posito termino ut conditione sine qua non.

Arguitur 2° positis duobus albis quocunque alio praeciso, illa dicuntur similia: Ergo superfluit relatio superaddita. Probatur ans: unum album esse simile alteri albo, nihil aliud est quam unum esse album, et alterum etiam: Ergo &. — 2° lignum esse diversum à lapide nil aliud est, quam non esse lapidem; sed hoc est per terminum suam essentiam non est lapis: Ergo per terminum suam essentiam, et non per relationem est diversum à lapide. — Respondeo distinguendo ans: dicuntur similia fundamentaliter, concedo; formaliter, nego: et per ea hoc patet ad 2um.

Sed replicabis contra 3° metaphysicos similia sunt, quorum qualitas est una formaliter; sed duo alba ante relationem habent qualitates formaliter unam: Ergo sunt similia formaliter. Respondeo Arlem definire similitudinem per fundamenta primum quia cum relatio ex se sit minimae entitatis potius per fundamenta describitur. — Replicabis ad praestandam denominationem relativam non requirit relatio distincta ab extremis: Ergo &. Probatur ans: denominatio Domini, Creatoris & Salvator in Deo absque ulla relatione ipsi Deo inhaerente, et ab ejus entitate distincta: sed illae sunt denominationes relativae. Ergo &.

Respondeo illas denominationes dici de Deo absque ulla relatione ipsi superaddita, quia sunt denominationes extrinsecae, ut docent Theologi; at vero denominationes relativae in creatis sunt intrinsecae: neque quoad denominationem relativam licet argutari a Deo ad creaturas, quia Deus est incapax accidentis, non sic creaturae, ut notat Dr in 1° dist. 3a quaest. 2a, et quod relatio saltem in uno extremo, nempe in Creatura: unde non tenet replica.

Arguit denique: ex

nostra sententia sequitur quod motio unius digiti immutaret totum orbem, quia in singulis entibus totius universi novae respectivae distantiae, vel indistantiae consurgerent, tum etiam in ipso digito infinitae forent respectus distantiae resultarent, quod est absurdum; ergo etc. Respondetur non esse absurdum, immo necessarium, quod si aliqua res universi mutat ordinem, omnia quae sunt in ipso mutant ordinem ad illam, eo quod omnia in universo sint ad invicem ordinata et connexa.

§ 3ius

Aliqua dubia solvuntur.

Dubitabis 1o: an una relatio possit esse fundamentum alterius? negant communiter Thomistae, affirmative respondeo cum D. S. et Bos. metaphysicae, tractatu 2o dicente omne ens alteri comparatum, vel est idem cum illo, vel diversum; sed duae relationes sunt duo entia realia. Ergo inter se comparatae, vel sunt eaedem, vel diversae: ergo fundare possunt relationes identitatis, et diversitatis. Probatur ratione: ubi est convenientia in essentia, ibi est sufficiens fundamentum identitatis, sed duae paternitates habent convenientiam in essentia: ergo possunt fundare relationes identitatis; nam duo homines per hanc convenientiam in essentia relationem identitatis fundant.

Dubitabis 2o: an relatio tendat ad absolutum, vel respective, hoc est, ad terminum in quantum est correlativum fundamenti dicitur terminus relationis: Sic dico: relatio, sive mutua, sive non mutua ad absolutum tendit. Contra Scholasticos nostra Thomistas: Patet de relatione non mutua, nam illi ex parte termini non correspondet relatio; sed ubi non est relatio, nequit esse correlativum: ergo etc.

Probatur 2a pars ratione subtilissima: correlativum formaliter constituitur relatione; sed terminus formalis non constituitur relatione: ergo terminus formalis non est relativum formaliter. Probatur minor: terminus nequit constitui per aliquid posterius ipso; sed terminus est prior natura relatione: ergo etc. Assumptum patet, nam terminus vel est causa partialis relationis, vel conditio de requisita ad illam; sed tam causa quam conditio praerequisita ad effectum praecedit natura ipsum effectum: ergo etc.

Dubitabis 3o: an multiplicatio numero terminorum multiplicentur relationes in eodem fundamento? Supponimus relationes multiplicari in eodem fundamento, quando respiciunt terminos diversae rationis, et specie distinctos; nam idem homo refert relationem identitatis ad alium hominem, et relationem diversitatis ad lapidem; unde difficultas est de terminis ejusdem rationis, et solo numero distinctis, scilicet an Pater referatur unica relatione paternitatis ad plures filios, vel distinctis numero paternitatibus ad quemlibet filium?

Affirmant Thomistae cum Scotistis pluribus extraneis, cum quibus sit dico: relationes multiplicantur numero in eodem fundamento, multiplicatis numero terminis adaequatis. Probatur ratione: quando Pater generavit unum filium resultat relatio paternitatis in Patre ad filium: ergo quando produxit 2um filium, resultavit alia relatio in Patre tendens ad illum; sed plures filii sunt plures termini numero multiplicati: ergo etc. Probatur 2a dico: est major ratio cur resultet relatio ad generationem 1i filii, quam ad generationem 2i: ergo si ad 1um relatio nova resultat, etiam ad 2um.

Confirmatur 1°: nulla relatio potest transire nisi ad suum terminum; sed 2us filius non transit terminus relationis Paternitatis: Ergo haec non transit ad 2um filium, sed alia relatio distincta. Probatur minor: relatio intrinsecus adveniens non potest existere sine suo termino; sed 1^a relatio paternitatis existebat sine 2° filio: Ergo &c. Confirmatur 2°: relatio dependet essentialiter a termino; sed omnis relatio dependens essentialiter ab alio nequit esse sine illa: Ergo 1^a relatio paternitatis nequit esse sine 2° filio, si hic est terminus; sed de facto existit in Patre producente 1um filium, quin existat 2us: Ergo &c.

Arguitur 1°: nulla accidentia solo numero distincta nequeunt esse in eodem subjecto; sed plures numero relationes sunt plura accidentia solo numero distincta: Ergo &c. 2° si plures paternitates essent in eodem subjecto, ille non esset unus Pater, sed plures: Ergo &c. Probatur sequela: paternitas constituit Patrem: Ergo duas paternitates duo Patres. Respondetur distinguendo majorem: nequeunt esse in eodem subjecto, quia ambo præstant eosdem effectus formales, concedo; quia præstant diversos, nego. In proposito autem effectus quem præstat una relatio, nequit præstari ab alia ut patet. Ad 2um respondetur supposito

quod, ut diximus, pluralitas concreta accidentalia non multiplicant, nisi multiplicent supposita in subjecto; quare cum plures paternitates sint in eodem subjecto non dicitur plures patres, sed unus Pater pluribus filiis: sicut ut sunt in eodem intellectu plures scientiæ non dicitur plures Scientes, sed unus Sciens. Et hæc de relationibus sufficiant, si plura desideratis consulite Auctores.

Quæstio 8^a

Quid sint 6 ultima prædicamenta? Seu unicum quæsitum evolvitur [illegible]

Actio quæ 7um prædicamentum constituit, sic describi potest: relatio extrinsecus adveniens transmutantis ad transmutatum. Ad cujus intelligentiam nota, quod alia est actio productiva termini, et alia transmutativa subjecti; inter quas hoc adest discrimen, quod actio productiva respicit effectum de novo productum, sicque est relatio intrinsecus adveniens causæ ad effectum, pertinetque ad 4um prædicamentum.

Actio vero transmutativa solum respicit pro termino subjectum quod patitur, et transmutatur, respiciendo pro [illegible] de novo productum. Et in hoc sensu actio est relatio extrinsecus adveniens constituens 7um prædicamentum. Ab hoc prædicamento secluduntur actiones vitales immanentes, ut intellectiones, volitiones &c.; istæ enim solum æquivocè, et grammaticaliter sunt actiones: revera autem sunt qualitates et pertinent ad qualitatis prædicamentum.

Actio dividitur in transeuntem, et permanentem. Per actionem immanentem intelligimus illam, quæ est ad terminum manentem in ipso agente ut actio, qua aqua calefacta se reducit ad pristinam frigiditatem: per transeuntem illam, quæ transit ad terminum in agente non manentem, ut actio, qua ignis calefacit lignum.

Passio seu præ-

magnus — mentum, sic definitur: relatio extrinsecus adveniens transmutanti ad transmutatum, seu respectus passivus adaequatus. Quia vero passio praedicamentalis adaequatur cum actione, cui correspondet, omnes illas divisiones habuit, quas habet actio, cum tot modis dicatur cum opposito, quot aliud. = Ubi, est praedicamentum etiam duplex: activum, et passivum. Illud est respectus loci ad corpus locatum. Istud est respectus corporis locati ad locum. Utrumque autem in communi sic potest definiri: relatio extrinsecus adveniens inter locum, et rem locatam.

Situs

Situs praedicamentum, est relatio extrinsecus adveniens inter partes loci, et partes locati. Hoc praedicamento homo sedet. Situs ab ubi differt, in eo quod ubi resultat ex habitudine totius loci ad totum corpus locatum; Situs vero ex habitudine partium loci ad partes locati. Duplex si quidem consurgit respectus, unus loci ad locatum, et dicitur activus; alius locati ad locum, et dicitur passivus.

Quando est praedicamentum, est respectus extrinsecus adveniens inter rem temporalem, et tempus. Et etiam est duplex, activum, et est respectus temporis ad rem temporalem, et passivum, est quae respectus rei temporalis ad tempus. = Habitus ultimum praedicamentum est relatio extrinsecus adveniens inter corpus, et eam, quae circa corpus sunt ut respectus in vestimento tamquam ad corpus vestitum. Et haec de decem praedicamenta sufficiant, ⁂

Distinctio unica de post praedicamentis. Quaestio unica quid sint post praedicamenta? Quaestionem unicum quaesitum vere et resolvit.

Aristotelis vestigia sequendo, in hoc 1° libro locum de quibusdam mentis, qui post praedicamenta spectant agimus. Isti sunt 5; scilicet, oppositio, prioritas, simultas, motus, et habere. Non loquimur de oppositione vocum, seu propositionum, quia jam de istis in Summulis diximus; sed de oppositione rerum. Et est quadruplex: contraria, privativa, contradictoria, et relativa. Opposita contraria sunt formae reales, quae sub eodem genere maxime distant, et ab eodem subjecto mutuo se expellunt.

Oppositio contraria alia est immediata, et alia mediata. 1a est illa, quae datur inter extrema, quae medio carent, ut sanitas, et aegritudo respectu animalis. 2a est quae datur inter illa, quae habent medium; ut album, et nigrum. Oppositio privativa datur inter ea quorum unum est forma, et alterum privatio ejus; ut visio, et negatio ejus in subjecto apto. Oppositio contradictoria est repugnantia inter duo, quorum unum est res, et aliud negatio ipsius. De his jam diximus in Summulis.

Oppositio relativa datur inter ea, quorum unum respicit alterum, ut pater, et filius. Ex his ordine, et dignitate, 1a est contradictoria, 2a privativa, 3a contraria, et 4a relativa. = 2us modus est prioris, unde prius dicitur illud, quod aliud antecedit. 5 sunt modi prioritatis. 1a prioritas est temporis, seu durationis, versatque inter ea, quorum

unū p aliquo tempore reali existit antequā aliud existat, ut Pater Fīo

2ª ē prioritas

naē 2ū quā aliqua licet existant in eodē temporis instanti, tamē unū praesupponit alterū; ut Sol respu lucis. 3ª prioritas ē ordinis, et dat inter ea, quorū unū debet praemitti aliis, vel p eodē tempore existentibus; sic mitterae priores sunt vocibus. Prioritas, honoris, seu dignitatis, ē inter ea, quorū unū praecedit aliis, ut substantia accidentibus, praelatus subditis.

Praeter has prioritates 3 muniē addendatis. 1ª ē prioritas insubsistendi, 2ª quā unū infert aliud, et tamē infert ab illo: sic ale ē prius ae, et quodlibet praeter superiora priora sunt inferioribus: valet enim: ē ae, ē al. Alia ē prioritas originis, quae consistit in eo quod unū sit ab alio tanquā ā principio producente: talis ē prioritas P. Eterni respu Verbi Divini, et utriusque respu Spiritus Sancti. Prioritas originis vocatur prioritas ā quo; temporis, aut naē prioritas in quo.

3us modus apelat simultas, et ē quod dicitur neque subsequitur. Tot sunt modi simultatis, quot prioritatis; unde de istis exemplis eadem illis proportione servata. — Quartus ē motus, et hic accipitur pro physica mutatione. Species hujus sunt 6, scilicet, generatio, productio, aumentatio, diminutio, alteratio, et motus localis de quibus in phica.

Modus habendi, qui ē ultimus, dicit aliquid continere aliquo modo: 8 enumerant les modos habendi. 1us ē 2ū habitū, et dispositionē, quo sensu aliquid dicitur habere expeditionē, seu aptitudinem ad agendū. 2ū ē pro quantitate, ut habere magnitudinem. 3ū 2ū vestitu et ornatu ut habere calceos. 4ū 2ū partes, ut habere caput, nares &. 5ū 2ū continentiā, ut habere vinū, oleū, &. 7us 2ū statu ut habere uxorē, filiū &. De his, et de 1º libro logs satis.

Liber 2us logs magnī.

De attinentibus ad 2ā intus operationem.

Post de 2ª intus oppnē agit in 2ā parte logs, quam in 2º libro divisit, quos Perihermenias, idē de interpretatione appellavit. In his tractavit de ppne, veritate, et falsitate ejus, quos consulto omittimus, et solū pauca de orationibus notabimus, et aliquas ppnis divisiones quas p utilitati summulistica ibi in tractatus relinquimus exhibiturne expediemus.

Distinctio unica de orationibus. Quaestio unica quotuplex sit oratio, et quid ppsio per se notat? Sumitur quoad oā veritatē respondet.

Oratio alia ē per se, et per accidens alia. 1ª ē cujus partes necessario petit subito, sive sit in 1º modo; ut Homo ē rationalis; sive in 2º, ut Homo ē risibilis. Oratio per accidens ē cujus partes contingenter petit

ut Homo est albus, doctus. Ratio porro dividitur in directam, et indirectam. 1a in qua praedicatum superius de inferiori: 2a vero e contra. Item dividitur in formalem, et identicam. Formalis est cujus praedicatum convenit tanquam forma quidditati vel subjecto; ut Homo est rationalis. Identica est, cujus praedicatum est realiter identificatum cum subjecto, et haec est duplex: alia omnino identica, ut Petrus est Petrus; alia non omnino identica, cujus praedicatum sit formaliter distinctum.

Notandum est ad veritatem propositionis, sive formalis, sive identicae non sufficere, quod praedicatum, et subjectum sint idem ex parte rei significatae, sed requiritur etiam identitatem ex parte modi significandi: unde haec propositio: Deitas est generans, est exotica; ista vero: Deus generat est de fide; nam licet Deitas et Deus sint idem ex parte rei significatae, non tamen ex modo significandi; Deitas enim est terminus abstractus, Deus vero concretus.

Dubitatur hic, quid sit propositio per se nota? Respondetur ex Doctore in 1o dist. 2a quaest. 2a esse illam quae ex terminis propriis habet veritatem et identitatem; id est, quae ex sola terminorum apprehensione apta est sui dare evidentiam, ut haec: Totum est majus sua parte; huic formaliter assentitur intellectus sola terminorum apprehensione; unde eam appellavit propositio immediata, et indemonstrabilis. Et haec de 2o logicae libro:

Liber 3us logicae magnae.

In hoc 3o libro Aristoteles egit de silogismo ejusque speciebus. Nos quoque vestigia sequendo ejus, de quo de silogismo demonstrativo, topico, et sophistico pertractabimus; fallaciae quae in silogismo multi solitae ut nocuerunt, dissolvi possint de tempore.

Distinctio unica

De siloco perfecto, topico, et sophistico. Quaestio unica quid sit silogismus Demonstrativus. Solutio (ab) quaesitum et aliqua dubia circa ipsum resolvit.

Demonstratio sic ab Aristotele definitur: silogismus faciens scire, id est, generativus scientiae; sed clarius: est silogismus verus, certus, et evidens. Verus, quia distinguitur a sophistico; certus, quia differt a topico, et evidens, quia se servit ad theologiam. Demonstratio alia est a priori seu propter quid, et alia a posteriori, seu quia. 1a sic definitur ab Aristotele: silogismus constans praemissis veris, immediatis, notioribus, causisque conclusionis.

Dicitur constans praemissis veris, quia veritas conclusionis continetur virtualiter in praemissis, et falsum ut tale nequit esse continens veritatis. Dicitur etiam immediatis, hoc est, quod sint indemonstrabiles a priori, quia standum est alicui principio indemonstrabili ne detur processus in infinitum. Debent deinde esse priores conclusione, non tempore, sed natura, quia praemissae sunt causa conclusionis, et causa prior est effectu. Debent esse notiores, quia per praemissas sit apparens conclusio nota,

et probatur quia talis, et illud magis. 2° a: Silogismus demonstrans effectum per naturam causam nat causam per effectum.

Dubitabis 1° quomodo assensus praemissarum concurrat ad assensum conclusionis, et quomodo? nihil aliud est assensus, quam actus intus quo fidem habemus alicui veritati. Respondetur, concurrere effective partialiter intus. Ita D. S. [illegible] in responsione ad 2. Probatur: assensus praemissarum continet virtualiter assensum conclusionis, ergo conclusioni assentimur virtute praemissarum: Ergo est causa illius; sed non causa materialis, formalis, nec finalis: Ergo effectiva.

Dubitabis 2° assensus praemissarum necessitet ne intus ad assensum conclusionis? Respondetur affirmative in materia necessaria, et evidenti. Et probatur: causa naturalis debite applicata necessario agit; sed intus assensus praemissarum est causa naturalis debite applicata ad assensum conclusionis: Ergo hunc necessario efficit, quod voluntas impedire nequit, sicut nec quod oculus videat stante aperto, et cum aliis requisitis ad videndum.

§ 2ᵘˢ Silogismus topicus, et sofisticus exponuntur et falacias explanantur.

Silogismus topicus est, qui ex praemissis probabilibus colligitur. v.g. omnis Pater diligit Filium; Alexander est Pater: Ergo diligit Filium. Hic silogismus generat opinionem, ad quod non requiritur, quod utraque praemissa sit probabilis, sed sufficit una, quia conclusio sequitur debiliorem partem. Propositio probabilis sic definitur: quae videtur vera, omnibus, aut pluribus, aut sapientibus, spectatissimis, et probatis. Ita Aristoteles. Haec apparentia non se tenet ex parte rei: non enim datur aliqua propositio esse praescindens a vera, et falsa, sed se tenet ex parte intus non percipientis evidentiam veritatis, aut falsitatis propositionis. Probabilitas autem est duplex una intrinseca, quae fundatur in authoritate [illegible] ... Et alia intrinseca, quae in rationibus fundatur, quod scilicet, utraque pars sunt rationes apparentes, neutra autem sine alteram convincens est, sed utraque potest sapientem dissolvit; haec apud Theologos morales fusius tractata videbis.

Silogismus sofisticus est qui ex apparentibus deducit errorem, sive qui propter aliquem defectum, non silogismus est, apparet tamen silogismus verus. Defectus silogismi potest esse, vel ex parte formae, de quo dictum est in summulis; vel ex parte materiae, et hic est duplex; unus appellatur falacia in dictione, quod nimirum causa apparentiae provenit ex ipsa dictione. Alter defectus dicitur falacia extra dictionem, quod scilicet causa apparentiae silogismi se tenet ex parte rei significatae per dictionem.

Falacias in dictione

sunt 6. 1ª est aequivocationis, quae contingit quando in praemissis ponitur aliquis terminus aequivocus, v.g., omnis Scorpio mordet; sed signum celeste est Scorpio: ergo signum celeste mordet. Ratio est, quia in una praemissa terminus Scorpio sumitur in diversa significatione, ac in alia, et ideo sillogismus quatuor terminis constat. 2ª amphibologiae, quando, scilicet, aliqua dictio complexa manens habet diversos sensus: v.g.: quod est Achillis possidet Achilles; hic liber est Achillis: ergo possidet Achilles. [illegible] est sumitur in una praemissa ut denotet habitudinem possessionis, et in alia habitudinem efficientis.

Tertia fallacia est compositionis, quando propositio, a sensu diviso in sensu composito falsa, est composita, v.g., sedens potest currere; Andreas sedet: ergo Andreas sedens potest currere. 4ª est divisionis, quae datur, quando a sensu composito in sensu diviso: ut impossibile est album esse nigrum; paries est albus: ergo impossibile est parietem esse nigrum. 5ª est accentus, quando, scilicet, aliqua dictio ex diversa prolatione habet in praemissis diversas significationes; v.g., qui occidit punitur; sol occidit: ergo sol punitur. Verbum occidit in majori significat occisionem hominis, et in minori occasum solis.

Sexta fallacia vocatur figurae dictionis; ut quando ex similitudine apparenti duarum dictionum id, quod convenit uni, infertur alteri convenire; et potest multipliciter evenire. 1º, si aliquis credat omnes voces similiter desinentes esse ejusdem generis; ut Poeta est masculini generis: ergo et musica; utraque enim desinit in A. 2º quando dictio, quae convenit superiori supponente simpliciter applicatur etiam inferioribus; ut homo est species; Laurentius est homo: ergo Laurentius est species. 3º quando fit transitus de uno praedicamento in alio, v.g., quodcumque fuisti Romae fuisti homo; sed vir fuisti Romae: ergo vir fuisti homo. Ubi fit transitus a praedicamento quando, ad quantitatem discretam.

Fallaciae extra dictionem sunt 7. 1ª est accidentis, et evenit dupliciter. 1º quando ex conjunctione extremitatum cum medio in praemissis, infertur conjunctio ipsarum in conclusione: v.g., essentia divina est Pater; Filius est essentia divina: ergo Filius est Pater. In quo committitur fallacia accidentis, quia praetenditur in conclusione major identitas, quam erat assumpta in praemissis; nam in istis erat sermo de identitate in essentia, et in conclusione fit transitus ad identitatem personalem; quae fallacia etiam evenit in creatis, quando arguitur ex praemissis affirmativis, v.g. Petrus est homo; Paulus est homo: ergo Petrus est Paulus.

2º quando ex non identitate extremitatum cum medio in praemissis, arguitur

D identitas ipsarum in 1ª, 2ª, ut nullum album est lapis, nullum insensibile est album: ergo nullum insensibile est lapis. 3º quando ex aliquibus divisis acceptis in praemissis, infertur indebita conjunctio ipsorum in conclusione, ut: canis est pater, hic canis est tuus, ergo hic pater tuus.

2ª fallacia est de dicto secundum quid ad simpliciter: ut Aethiops est albus quoad dentes: ergo est albus. 3ª ignorantia elenchi, seu redargutionis, quando scilicet, ex apparenti contradictione in praemissis infertur in conclusione contradictio: ut Petrus currit in platea, Petrus non currit in domo: ergo currit et non currit. Haec fallacia dicitur elenchi ignorantia, quia syllogismus elenchus est syllogismus contrarius, et ideo qui discernere nescit inter veram, et apparentem contradictionem, dicitur ignorare elenchum.

4ª fallacia est petitio principii; quando scilicet ad aliquid probandum sumitur aliquid aeque, vel magis ignotum, ut animal rationale currit: ergo homo currit; quia aeque ignotum est animal rationale currere ac hominem currere. 5ª est consequentis, quando scilicet, arguitur indebite a superiori ad inferius: sic, est animal: ergo homo.

6ª est non causa ut causa; quando ponitur in praemissis ut causa consequentis quod revera non est causa illius, ut studia pluribus nocuerunt: ergo non sunt illis incumbendum. Ultima est plurium interrogationum per modum unius, ut si quaeras, tune es homo, et stultus? si unica adhibeatur responsio, sic inferet sophista: si affirmas? ergo es stultus; si negas? ergo non es homo. Quare respondendum est sub distinctione, ut fallaciae destruantur.

Hæc (Charissimi in Domino Discipuli) de Logica
magna sufficiant: quæ omnia, et quæ dicenda su-
nt utinam cedant in vestram utilitatem, et
in honorem, et laudem omnipotentis
Dei Patris et Filij et Spiritus Sanc-
ti, Beatissimæ, et gloriosissimæ
semperque Virginis Mariæ
in candoribus origina
lis gratiæ conceptæ:
Ejusque Dilectissimi Sponsi nostrique cur-
sus Patroni specialissimi Domini
Divi Josephi; nec non Seraphi-
ci Patris Nostri Sancti Fr-
ancisci, omniumque
Sanctorum.
Et denique in decorem laudem
gloriam, et magnificentiam
Subtilissimi Nostri
Magistri Mari-
anique Doc
toris Jo-
annis
Duns
Scho
ti
Theologorum præsententissimi Principis
Ex cujus mente ultimam manum huic operi
imponimus
Die IV mensis Junij anni Domini 1768.
Et interim Pro me orate, et valete